Dicuntur z hore eſſe maſculine z feminine: quia hora prima vniuſcuiuſq; diei z noctis eſt maſculina. ſecunda feminina. tertia maſculina. quarta feminina. ſicq; ſuccedunt per ordinem. vna ſcilicet feminina. alia maſculina. vſq; in finem diei z noctis.

¶ Differentia tertia in his que accidunt planetis ſeptez in ſemetipſis z quid accidat eis abinuicem.

ET quia iam annuente deo iam peregimus eſſe planetarum in ſemetipſis: z quid ſignificent: proſequamur narrando quid eis accidat in ſemetipſis z abinuicem id eſt a quibuſdam erga quoſdam.

Significatio planetarū in ſemetipſis eſt vt ſit planeta aſcendens in circulo augis ſue minoz lumine z magnitudine atq; curſu ideſt cū fuerit inter ipſum z ſuam augem minus 90. gradibus ante vel retro ſi aūt fuerint inter ipſum z augem. 90. gradus equales erit equalis in lumine z magnitudine atq; curſu. ſi vero fuerit extra hec duo loca. i. plus. 90. erit deſcendens de circulo augis z apparebit maioz lumine z magnitudine ac curſu vel velocior: z ſi fuerit portio eius equata minus. 180. gra. erit augens numerum. z ſi fuerit plus erit

minuens numerū: z si fuerit portio eius equata ex. 180. gra. vel. 360. erit nec augens nec minuens: z si addatur equatio equata super mediū cursuz dr augens cursuz vel numerū: z si minuitur eius equatio dicitur minuens numerū. Et qñ aliquis planetarū altiorū. 3. vadit plus medio cursu suo dicit augere cursuz: z si minus vadit dicitur minuere cursum: z si vadit iñ dicitur cursu equalis z qñ aliquis planetarū inferiorū vadit plus medio cursu solis erit augens cursum. qñ vadit minus dicitur minuens cursum: z qñ vadit iñ erit cursu equalis. Luminariū aūt esse in cursu est sicut esse trium altiorū planetarū. Fit quoq; planeta septentrionalis cū transierit genzahar suum. i. cū transierit per viam Solis tens a meridie in septentrionē ille transitus. i. illa abscisio circuloruz dr genza har. cū ergo planeta transierit ipsaz abscisionē z fuerit inter planetā z ipsaz abscisionē minus 90. gra. erit planeta septentrionalis ascēdens: z cū fuerit a. 90. vsq; ad. 180. erit septentrionalis descēdens: z cū transierint hunc numerū i cū habuerit plus tens ad. 270. erit meridianus descēdens: z cū trāsierint hunc numerū tens ad 360. erit meridianus ascēdens. hoc est eē planeta ꝛ in semetipso.

Oportet esse aūt planetaruz ab inuicem tractemus. s. quid accidat 5. planetis erga luminaria: z dicemus ex hoc quod dixit Ptolemeus de almugea hoc est de visione inuicem facient ad factem. hoc est cuz fuerit inter planetam z solem: dum fuerit planeta occidentalis ideſt duz sequitur solez tantum quantum est inter domum illius planete z domum solis de signis: aut cum fuerit inter ipsum planetam z lunam cuz fuerit orientalis a luna ideſt duz succedit luna tantum quantum est inter domum planete z domum lune ex signis ideſt cum fuerit planeta tantum distans a sole post quantuz distat domus eius a domo solis: similiter de luna dicitur: quia cum planeta succesſerit soli z fuerit a sole saturnus: scilicet in. 6 signo: z iupiter in. 5. mars in. 4. venus in. 3. mercurius in. 2. tunc dicitur esse in almugea solis. Similiter cum fuerit inter vnūquemq; planetam z lunam succedentem hic numerus signoruz vnuscuiusq; planete dicitur esse in almugea lune.

De ductoria i. securitate planete.

Et hoc ductoria planete. i. vt sit planeta in suo hayz. i. in parte sibi propria z aliquo angulorum ascendentis. z aliquod luminarium: similiter in loco sibi consimili in quadrante videlicet in aliquo angulo ita q; sit planeta in die orientalis a sole: in nocte occidentalis a luna z omnis planeta dicitur esse in sua ductoria secundum quosdam cum fuerit inter planetaz orientalem z solem 60. gra. Et omnis planeta ex quo tegitur a radijs solis donec appareat de subradijs vocatur combustus: z dum incipit intrare radios dicitur incepisse comburi: z dum absconditur sub radijs z fuerit prope solem per. 12. gra. dicitur oppressus z cum fuerit cum sole in vno gradu fuerintq; inter eos. 16. minuta: vel infra z latitudo eius similiter vocaf vnitus: z cuz trāsierit eandem vnionē petens exitus donec videat vocaf euasus. Et ex quo apparent tres altiores de subradijs z incipiunt oriri. i. apparere mane ante solem: hoc est cū fuerint ppinquiores circulo hemisperij orientalis donec veniāt ad oppositionem vocanf orietales dextri: z ex quo trāsierit oppositionē donec cō iungātur iterū soli vocanf occidētalis sinistri. Venus vo z Mercurius ex quo seperaf aliqs eoz a gradib⁹ solis in medio retrogradationis sue: z apparent donec cōburanf a sole in sua directiōe vocātur orietales. z ex quo seperanf a sole

in medio directiõis sue donec iterum comburant in retrogradatiõe sua vocã-
tur occidentales:z cũ fuerit in ortu suo.i.cuz fuerit orietales vocant dextri:z di
cunt esse mas. z occiduo suo.i. cuz fuerit occidẽtales vocant sinistri z dñr esse
femineti:z tũc sunt fortiores. ¶ Tres vo altiores postq̃ exeũt de subradijs sol is
vocant orietales z dñr augmẽtari i fortitudine vsq̃ ad.30.gra. a sole z vocant
post hoc vsq̃ ad.30 gra.altos orietales fortes vel fortiores:z cũ trãsierint solẽ.
60.gra. vocant planete orientales eũtes ad debilitatẽ donec veniãt ad retro-
gradationem tũc noiant orietales retrogradi:donec sint z veniãt in oppsitio-
ne:z post hoc erunt occidẽtales retrogradi cũ trãsierint oppositione. donec
perueniant ad directionẽ:deinde a directione vsq̃ ad.60 gra. post directiõem
donec sit longitudo eoꝝ a sole 30. graduũ dicunt occidẽtales fortes:deinde a
longitudine 6.gra.post directionẽ dicunt occidẽtales eũtes ad debilitatẽ: de-
inde fiunt occidentales debiles donec intrent sub radijs solis. ¶ Inferiores
quoq̃ ex quo seperant a sole:z ipsi retrogradi vocant orietales debiles: ficq̃
esse nõ desistũt donec veniãt ad directionẽ suã:z tũc fiũt orietales fortes:donec
longitudo eoꝝ sit a sole sicut lõgitudo solis ab eis fuit duz cepissent debilitari
eũtes ad retrogradationẽ:deinde fiũt orietales debiles donec supponãt radijs
solis post hoc sunt cõuncti:deinde cõbusti euntes ad apparitionẽ donec vide
ant:z ex quo separant a sole in directiõe vsq̃ ad.60. gradus sunt fortiores:z a
60.vsq̃ ad horã sue retrogradatiõis erũt occidentales fortes: z donec fuerint
cũ sole erũt debiles:z planeta cũ exierit de subradijs solis:z nulli planete iun
ctus fuerit dicitur q̃ sit in lumine suo: hoc est esse planetaruz cũ luminaribus.

De his que accidunt planetis ad seinuicem.

Ese autem illorum erga seinuicem hoc est idem q̃ coniunctio.i. cum
fuerint duo planete in duobus signis aspicientibus se z fuerit leuior
in signo suo minus gradibus q̃z fuerit ponderosior in signo suo: fue
rintq̃z inter eos.6. gra. vel infra:tunc dicitur q̃ leuior eat ad coniunctionem
ponderosiorẽ:z cum gradus eorum fuerint equales perficiunt coniunctio eo
rum:z cum transierit eum erit ab eo separatus coniunctio hec dicitur coniun
ctio longitudinis. ¶ Coniunctio vero latitudinis est:vt duo planete iungan-
tur per latitudinem. Et si fuerit applicatio coniunctionis oportet: vt sit lati-
tudo eorum equalis in vna parte:z si fuerit coniunctio ex oppositione opor-
tet vt sint latitudines eorum equales: ita vt latitudo vnius sit ascendens in se-
ptẽtrione:z alterius descẽdens in septẽtrione vel vnius ascendẽs in meridie:
z alteri9 descẽdens in meridie:aut si fuerit applicatio ex aliquo alioꝝ aspectũ:
z hoc est q̃ sit latitudo vni9 septẽtrionalis ascendẽs: z alteri9 meridiana descẽ
dens:z ecõuerso in meridie:z hec est applicatio latitudinis que dicta est. ¶ Et
cum separat vnus planeta ab alio z nulli planetarũ iungitur q̃diu in eodẽ si-
gno fuerit dicitur cursu vacuus. ¶ Et cum fuerit planeta in aliquo signo:z ali
q̃s planeta non aspexerit hoc signũ alter planeta q̃diu in eodẽ fuerit dr̃ fera
lis vel agrestis ¶ Et cum separatur planeta leuis a planeta ponderosiori z
iunctus fuerit alteri.transfert naturam primi ad secundum. Transfert etiaz pla
neta naturam alio modo hoc est vt planeta leuis iungat planete põderosiori
se:z ipse põderosior iterũ alteri se ponderosiori:tũc melius trãsfert naturam
leuioris ad põderosiorẽ. ¶ Si autẽ nõ iungit vnus istoꝝ alteri:z iungit vter-

q̄z alteri: tunc si aspexerit ille tertius planeta aliquem locorum circuli reddit lumen eorum ad locum ipsum. z hoc vocatur redditus luminis. Iterū si vnus planeta non iungitur alteri: sed alter planeta tertius in viroſq; transtulit lumē: tunc hec coniunctio dicitur etiam redditus luminis. ¶ Sequitur prohibitio z fit duobus modis. ¶ no scilicet ex coniunctione hoc cum fuerint tres plane te in vno signo: sed in diuersis gradibus: z fuerit ponderosior plus gradibus: tunc ille qui est medius prohibet priorem illum. scilicet qui est minus gradi bus ne iungatur ponderosiori donec pertranseat eum. Secūdo modo vt duo planete sint in vno signo: z leuior iungatur ponderosiori: alter quoq; iunga tur eidem ponderosiori per aspectū: ille ergo qui est cum eo in vno signo aspi cientem prohibet a ponderosioris cōiunctione: si fuerint tamen gradus illius qui iungitur: z ipsius qui aspicit equales. ideſt vnius numeri. Si vero ille qui aspicit fuerit propior gradui ponderosioris erit coniunctio aspicientis. Et si coniungitur planeta domino illius signi in quo fuerit: vel domino exaltatio nis seu domino ceterarum dignitatum in quibus fuerit: dicitur pulsare ideſt mittere naturam illius planete domini scilicet eiusdem dignitatis ad eum. ¶ Et si fuerit planeta in aliqua dignitatum suarum z fuerit iunctus alij plane te qui habeat etiam partē dignitatis in eodem loco mittit ei etiam viranq; natu ram suam. s. z illius cui iungit: z hec missio omnis vocat alcobol ideſt recepcio.

NUnc sequitur redditus i. quando iungitur planeta alicui planete qui comburitur. i. qui fuerit sub radijs solis vel fuerit retrogradus red ditq; ei virtutem propter debilitatem suam quam non valet retinere: tunc si fuerint viriq; planete in angulo vel succedentibus angulorum erit red ditus cum proficuo. similiter si fuerit qui coniungitur ei tantum in angulo: z il le cui coniungitur receperit eum. Si autem fuerit planeta qui iungitur cadēs ab angulo: z ille cui coniungitur in angulo vel in sequenti angulorum: aut si viriq; fuerint cadentes erit redditus cum detrimeno.

TUnde sequitur almenez. ideſt refrenatio que fit quādo planeta vult cō iungi alteri: sed anteq̄z iungatur accidit retrogradatio z sic destruī tur eius coniunctio. ¶ Hanc sequitur alichozad. i. contrarietas acci dens: hec fit cum aliquis planeta leuis fuerit multorum graduum in signo z alter illo ponderosior minus gradibus. tertius quoq; leuior primo volens cō iungi ponderosiori: sed anteq̄z ei coniungatur fit retrogradus ille leuior qui habet plures gradus z iungitur z applicatur illi ponderoso z transiens illum iungitur etiam alteri planete leuiori: z sic destruitur coniunctio illius prioris cum ponderoso.

SEquitur alfazim. i. frustratio. h quoq; fit cum aliquis planeta petit cō iunctionem alterius planete. sed anteq̄z perueniat ad eum mutatur iste in aliud signum z erit aliquis planeta in paucis gradibus aspiciens ipsum signum z erunt radij eius in initio signi. Cūq; exierit sequens planeta de primo signo iungitur isti aspicienti z annullatur coniunctio quam hab e bat cum illo. s. cum primo.

HInc sequitur abscisio luminis hoc est quando aliqs planeta petit cō iunctionē alterius z fuerit in secundo signo a signo illius cui iungitur alter planeta: sed anteq̄z iungat ei prius fit ille qui est in secūdo signo

retrogradus. coniungiturq; ei z abscindit lumen suum a planeta qui vole/bat coniungi ei: similiter si fuerit planeta iens ad coniunctionem alterius pla nete: z ipse alter planeta cui vult iungi petat coniunctionem alterius planete se ponderosioris: sed anteq; perueniat leuis ad gradus ponderosioris iungi/tur ipse ponderosus alteri seipso ponderosiori: z abscindit lumen illius a pla/neta primo leuiori.

De locis fortunatis z malis.

Sunt quoq; his planetis loca in quibus confortantur z in quibus de/bilitantur: z loca in quibus fiunt fortune: z loca in quibus fiunt mali. Sed loca in quibus fiunt fortune sunt ♃: vt scilicet sint in aspectibus bonorum ideſt in aliquo aspectu vtili: scilicet sextili: aut in trino aspectu quia a quibusdaz ita nominatur exagona radiatio quoq; ac trigona: z vt sint mali ca dentes ab eis sintq; separati ab infortuna: z iuncti fortune: aut sint obsessi a for tunis vel radijs eorum ideſt vt sint inter duas fortunas vel inter radios fortu narum. Nec est enim obsessio vt habeat planeta fortunam vel radios eius ante se z aliam fortunam: vel eius radios post se. Et quidã vocant hoc altifert ideſt veneratio: aut sint vniti cuz sole in vno gradu aut sint in aspectu etus sex/tili: siue trino vel cõsimili aspectu lune z luna tunc sit fortunata: z vt cursu sint veloces aucti lumine z numero: aut sint in dignitatibus suis vel in suo haim: ideſt in sua similitudine vt sit videlicet planeta masculinus in signo masculino z femininus in signo feminino z diurnus in die super terrã z in nocte sub ter/ra nocturnus in nocte super terram: z in die sub terra z reliqua z vt sint in si/gnis in quibus habuerint dignitates seu potestates suas: vel gaudijs suis vel in gradibus lucidis recepti: z ex fortitudine eorum est vt sint ascendentes in se ptentrione: aut sint septentrionales: vel sint ascendentes in circulo augis sue: aut in statione secunda hoc est quando fuerint in statione vbi dirigantur a re trogradatione: aut sint exeuntes de sub radijs solis: aut sint in angulo: vel in se quenti eius: aut sint tres altiores orientales a sole: q; si eum aspexerint sextili: aut trino aspectu: erit illis hoc augmentum fortitudinis: aut fuerint in quartis masculinis z sol cuz fuerit in illis quartis masculinis: aut in signis masculinis erit fortis etiam nisi sit in libra: quia ibi cadit. Et ex fortitudine trium inferio/rum est vt sint occidentales a sole: aut in quartis femininis z ex fortitudine lu ne: vt sit in nocte super terram z in die sub terra in loco feminino: vel in signo feminino: z cum fuerit in exaltatione solis.

De infortunio planetarum.

Est infortunio vero planetarum z destructione eorum est vt sint in cõ/iunctione malorum: aut in oppositione eorum: vel in eorum tetragoa/na: aut trigona: aut exagona radiatione: aut si fuerit iter eos z corpus mali vel radios eius minus termino planete: aut fuerint in terminis malorum: aut domibus eorum: aut sint mali eleuati super eos a.x. vel.xi. a locis eorum: z multo deterius si non receperint eos. Aut fuerint in coniunctione solis: vel oppositione eius: vel in tetragona radiatione: aut fuerit in capitibus suorum

genzahar: aut cum caudis suis: aut cum capite draconis vel cauda sintq; inter eos z inter aliquem istorum scilicet locorum 22. gradus vel infra: z maxime si fuerit luna in aliquo eorum: similiter z sol tunc magis impeditur ab eis. idest a capite vel cauda cum fuerint inter ipsum z vnum eorum etiam. 4. gra. ante vel retro: aut fuerit planeta obsessi inter duos malos: hoc est vt sit planeta in signo aliquo z cuz eo malus: vel radij eius ante se: z malus vel radij eius post se: aut seperatur a malo per coniunctionem: vel per aspectum: z iungatur tali modo alteri malo: aut fuerit malus: vel radij eius in signo quod est ante eum: idest in secundo ab eo: z in signo quod est post euz: idest in. 12. ab eo fuerit alter malus: vel radij eius. ¶ Similiter dicitur de signis q; sint obsessa. ¶ Quod si aspexerit fortuna vel sol eundem planetam obsessum: vel signum obsessum a trino: vel a sextili aspectu fuerit; inter eum z coniunctionem minus septem gradibus solvitur ipsa malicia vel obsessio. ¶ Et ex hoc vt sit planeta retrogradus: vel sub radijs solis combustus: aut cadens ab ascẽdente: aut ex debilitate eorum: vt sint tardi cursu: aut in statione prima: hoc est quando stant: vt retrogradi fiant: aut sint in gradibus tenebrosis, aut sint masculini in signis femininis: z gradibus femininis in die sub tarra: z in nocte super terram: aut sint feminini in signis masculinis: z in gradibus masculinis in nocte sub terra: z in die super terram: aut sint in oppositione dignitatum suarum: seu potestatum: aut descendentes in meridie vel meridiani: aut cadentes ab angulis: vel a succedentibus angulorum: aut in domibus cadentibus: aut sint in via combusta que est medietas vltima libre: z prima medietas scorpionis: aut iungantur planete retrogrado vel impedito seu cadenti: aut non sint recepti. Aut sint tres altiores a solo occidentales: aut in quartis femininis: z debilitas solis est: vt sit in signis femininis: aut in quartis femininis: nisi sit in domo nona: z debilitas trium inferiorum est vt sint orientales: aut in quartis masculinis.

¶ De amicicia z odio planetarum.

¶ Et dicitur in planetis q; sint quidam eorum se inuicem diligentes z odientes: nam de diligentibus quidam antiquorum dixerunt q; Jupiter diligit omnes planetas z sit amicus eorum z ipsi illius preter martem. Veneris amici sunt omnes planete z omnes diligunt eum preter saturnum. ¶ Saturni autem amici sunt Jupiter Sol z Luna z inimici eius ♂ars z Venus z ipsa plus habet eum odio. ¶ Et amica martis est Venus z ceteri planete odio habent eũ z plus Jupiter z Sol. ¶ Solis vero amici sunt Jupiter z Venus: z inimici ♂ars ♂ercurius z Luna. ¶ ♂ercurij amici sunt Jupiter Venus: z Saturnus tantum: z inimici eius sunt Sol z Luna z ♂ars. Lune autẽ amici sunt Jupiter z Venus z Saturnus: z inimici ♂ars z ♂ercurius. Capitis draconis amici sunt Jupiter z Venus: z inimici Saturnus z ♂ars. Caude vero amici Saturnus z ♂ars: inimici Sol z Luna Jupiter z Venus. Et sunt alie species inimicicie, cum fuerint duo planete habẽtes domos suas oppositas: vt ♂ars z Venus: z cũ ꝯiungunt᷑ d᷑ aperto portarum. Tertia quoq; species inimicicie est vt sint duorum planetarum exaltationes opposite. Fortior autem planetarum amicicia est: vt concordet planeta cum planeta in natura z in qualitate atque substantia z potestate sicut concordat ♂ars cum sole: quia vterq; concordat in caliditate z siccitate z acutio

ne z celeritate: z est dominus exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo: z vti concordat Luna z Venus in frigore z humiditate: z est domina exaltationis eius. Cum autem concordauerunt duo planete in natura z substantia: vt Jupiter z Venus sunt amici.

¶ Differentia quarta in expositione nominum astrologorum.

ET prosequamur nunc expositionem nominum astrologorū. Initium horum est. Coniunctio z res significantes destructiones seu mutationes que fiunt in hoc seculo ex cōiunctionibus: quarum numerus est sex: maior autem omnibus coniunctionibus est coniunctio saturni z iouis in initio arietis z ♄ fit in. 960. annis. ☾ Secunda autem eorū coniunctio est in initio vniuscuiusq; triplicitatis z ♄ fit in. 240. annis. Jungutur enim in vnaquaq; triplicitate duodecies: z forrassis faciunt in vnaquaq; triplicitate. 13. coniunctiones: deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem que huic succedit. ☾ Tertia autem cōiunctio est saturni z martis in initio cancri que fit in omnibus. 30. annis. ☾ Quarta quoq; est coniunctio iouis z saturni in vnoquoq; signo que fit in omnibus. 20. annis. ☾ Quinta est descensio luminaris maioris in punctum z equinoctij vernalis temporis. scilicet ingressus solis in capite arietis que fit in omni āno. ☾ Sexta est coniunctio luminarium z oppositio eorū que fit in dimidio cuiusq; mensis lunaris. Et quando dicitur ascendens coniunctionis dicitur vel significat ascendens mundi. idest signum quod ascendit hora introitus solis in predictū punctum equinoctij vernalis in initio scilicet illius anni in quo debet fieri cōiunctio predicta.

¶ De annimodar. i. gradus ascendentis natiuitatum inuestigatione.

ET ex hoc annimodar quod est inuestigatio gradus ascendentis alicuius natiuitatis: z putant multi astrologorum q; inueniatur per eundē idem gradus ascendētis natiuitatis alicuius: sed hoc falsum est: z hoc tam patefeci in libro meo quem feci de annimodar: sed inuenitur per eundez dignior omnibus gradibus circuli post gradum ascendentis in eadem hora secundum cursum naturalem: z concordat multotiens. ideſt accidit aliquando q; inueniatur per eum gradus ascendentis. Cuius rei cognitio est vt consideretur gradus coniunctionis vel gradus preuentionis que fuerit ante ipsam natiuitatem: z si fuerit coniunctio illi natiuitati proprio vocatur ipsa natiuitas coniunctionalis: z si fuerit preuentio illi propior dicitur preuentionalis. i. in qualicūq; eorū fuerit natiuitas in coniunctione. s. vel preuentione eodem mō z nomine natiuitas predicta nūcupatur: z quia gradus coniunctionis est idez gradus in quo iunguntur luminaria nulla est inquisitio: nec indiget expositione: in preuentione aūt quia vnūquodq; luminarium est in gradu suo ideſt in diuersis gradibus. Necesse est nobis scire quē horum graduū velit intelligi gradum preuentionis: z iam dixit Ptolemeus: quia gradus illius luminaris qđ fuerit super terram est gradus preuētionis: z quidā sapientū dixerunt q; si euenerit in preuentione q; vnum luminarium sit in gradu orientis z alterū in gradu occidentis: tunc gradus orietis erit gradus preuētionis. Et dixit Thelli

us:quia gradus preuentionis est gradus in quo fit impletio volens intelligi gradū lune:sed qz hoc est opus Ptolemei opz in hoc nos redire ad eius sniaz cū ergo gradus cōiunctionis vel gradus preuentionis certissime patuerit cōstitues gra.ascendentē per extimationez hore natiuitatis z quattuor angulos reliquas domos:deinde aspicies gra.coniunctionis:vel gradū preuentionis que fuerit ante natiuitatez:z quis planetarū in eo fuerit dignior vel fortior in eadē hora cōiunctionis vel preuentionis per multitudinē dignitatū seu potestatuz.i.cōsiderabis quis planeta habeat matus dominū in eodē loco. Hunc ergo planetaz equabis ad horā opinatā natiuitatis.deinde aspicies virum sit gradus illius planete in signo in quo est propior gradui.x.domus aut gradui ascendētis z cui horū ppior fuerit facies hūc angulū ad istar gradus ipsi⁹ planete z eius minuti:z diuides.xij.domuz per eū dixit Ptolemeus si planete plures conuenerint in dominio eiusdem loci z fuerint equales in fortitudine cōstitues dñm loci illum qui fuerit dñs haim:q si in hoc etiaz cōuenerint cōstitues eum qui velocius dz mutari ab esse suo ad id qđ fuerit melius.i.eum qui voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit:z intrare aliud in quo habuerit plures dignitates:vel si fuerint orientales a sole eliges euz qui soli fuerit propinquior z non fuerit sub radijs. Si vero in angulo fuerit ille est eligendus qui gradui eiusdem anguli fuerit propinquior:z hoc intellige.

Alex hoc hylech.i.locus vite in natiuitatibus cuius scientia est:vt primo aspicias horā natiuitatis:que si fuerit in die accipies a sole:qui si fuerit ante gradū signi ascēdentis per.5.gradus aut infra:aut fuerit in 10.vel.11.siue masculinum fuerit ipsum signū seu femininū aptus erit:vt sit hylech. Si aūt fuerit in his tribus locis.s.in septima vel octaua vel nona in signo mas.sil' aptus erit:vt sit hylech. Si vero fuerit in his tribus locis i signo femino nō erit aptus:vt sit hylech. Hinc aspiciens Lunā que si fuerit in ascendente vel in secūda vel tertia:aut in septima vel octaua erit apta hylech siue masculinum siue femininū fuerit signū. Et si fuerit ante gradū signi ascendentis per.5.gradus vel infra:aut fuerint in.10.vel.11.aut in quarta vel quinta vel in septima in signo femino aptetur hylech. Si autē fuerit in aliquo istorū in signo masculino nō erit apta hylech si fuerit in die natiuitas. Si vero natiuitas fuerit nocturna incipiamus a luna que si fuerit in aliquo predictorum locorū:sm q prediximus erit apta hylech. Si autez luna non fuerit in eis aspiciens post hoc ad solē.qui si fuerit ante gra.7 per.5.gra.vel infra:aut si fuerit in.4.vel in.5.erit aptus vt sit hylech siue signū fuerit masculinū siue femininū.si vero fuerit ante ascendentez.5.gradibus vel infra:aut in ascendente:vel in secundo signo mas.aptabitur etiā hylech. Si autē fuerit in aliquo istorū locorū in signo femi.nō erit aptus hylech. Quod si luminariū aliquod nō fuerit aptū hylech. Aspice post hoc natiuitatem:vtrum sit coniunctionalis aut preuentionalis.i.vtrum sit post cōiunctionē vel preuentionem. Quod si fuerit natiuitas coniunctionalis z fuerit gradus coniunctionis in aliquo angulorum.vel in succedenti angulo:erit in loco apto hylech. Si vero predictus gradus fuerit cadens ab his octo locis idest ab angulis z a succedentibus angulis non erit hylech. Aspicies tunc gradum partis fortune:qui si fuerit in aliquo angulorum vel in succedentibus angulis: erit in loco apto hylech. Si vero cadens fuerit ab his.8.locis. Aspicies post hoc gradū ascendentis z constitues euz hylech. Si

vero natiuitas preuentionalis fuerit: incipies a gradu preuentionis. Aspicies eum sicut prius feciſti in gradu coniunctionis: z poſt ipſum gradum partis foꝛtune poſt ipſum gra. ascendentis eo oꝛdine quo prediximus in gra. coniunctionis. De ſexu autem ſignoꝛum non curabis. i. non aſpicies vtrum ſint ſigna illa maſ. vel femi. niſi tantūmodo in luminaribus hoc eſt in gradu cōiunctionis vel preuentionis z aſcendentis z partis foꝛtune non conſideres vtrū ſint in maſ. ſignis vel femi. tam in angulis q̄ꝫ in ſuccedentibus angulorum: ſed hec quattuoꝛ ñ erunt tunc apta hylech cū fuerint in his octo locis. i. in āgulis vel ſuccedentibus eoꝛū ſi vero fuerint in locis recedentibus. i. cadentibus ab angulis non erunt apta hylech. Apparet itaq; q̄ ſol ſit hylech aptus in die z nocte ſuper terrā z ſub terra in. 11. locis: ſuper terrā in 6 locis z ſub terra in. 5. Luna quoq; apta erit hylech in die z nocte ſuper terrā z ſub terra ſimiliter in. 11. locis ſuper terrā in. 5. z ſub terra in. 6. z cū hoc ſi fuerit luna in his locis ſub radijs ſolis non erit apta hylech. Aſpiciens autē hylech in angulis z ſuccedentibus eoꝛ ſecundū q̄ equātur. 12. domus circuli per gradus hoꝛarū aſcēdentis ſecundum q̄ expoſuit eius opus in canone planetarū: ideſt in libꝛo curſuū planetaꝝ. Cūq; equaueris domos hoc modo omnis planeta qui fuerit ante gradum ſigni aſcendētis vel cuiuſlibet dom⁹ per. 5. gradus vel infra erit foꝛtitudo eius valida in domo que ei ſuccedit: z omnis locus ex locis que prediximus eſt aptus hylech: ſi aſpexerit eum aliquis dominoꝛum illius qui ſit dominus domus: aut dominus exaltationis: aut dominus terminī: aut triplicitatis: aut dominus faciei: z ſi non: non erit aptus hylech.

De alcochoden.

Et ex hoc alcochoden qui eſt ſignificaꝛ vite: ideſt dominus annoꝛū: vel dans annos quem cuꝫ voluerīs ſcire z tam prenoſti hylech eo oꝛdine quem predixi: aſpicies dominum domus hylech: aut dominum exaltationis eius: aut dominum termini eius: aut dominum triplicitatis: aut faciei eius quis hoꝛum foꝛtioꝛ fuerit z autentioꝛ in loco hylech: z ſi aſpexerit hylech erit dignioꝛ alcochoden. q̄ ſi non aſpexerit hylech qui fuerit pluris auctoritatis aſpicias eum qui fuerit auctoritatis minoꝛis donec inuenias aliquem ex illis qui aſpiciat: q̄ ſi non aſpexerit hylech non poterit ille locus eſſe hylech: z tunc queres ab alio hylech z iterum queres ab eodem ſecundo hylech alcochoden eo oꝛdine quo prediximus: q̄ ſi equales fuerint duo planete vel tres in auctoꝛitate gradus hylech: z aſpexerit vterq; erit dignioꝛ alcochoden qui fuerit foꝛtioꝛ loco. Si vero fuerint equales in foꝛtitudine loci. ſcilicet vbi fuerint ipſi plāete erit ille alcochoden qui pꝛopꝛioꝛ fuerit gradui hylech. Quibuſdam autem videbatur melius inſpicere a domino domus qui ſi aſpexerit hylech ponebant eum alcochoden z non conſiderabant alterū: z ſi non inuenīſſent dominum domus aſpicientem hylech accipiebant dominuꝫ exaltationis quem ſi aſpicere viderent hylech ponebant alcochoden eum z non conſiderabant alium: ſimiliter faciebant de domino triplicitatis termini atq; faciei per oꝛdinem: z erat Dozotheus pꝛeponens dominum termini in hoc domino domus: Et quidam dixerunt q̄ ſi equales fuerint duo planete vel tres vel plures in dignitate: z in ꝓpinquitate aſpectus gradui hylech ille erit alcochoden qui erit in loco laudabili a ſole: ideſt qui fuerit cum ſole in vno gra. per. 16. minuta: aut infra: vel pꝛopinquioꝛ gradui anguli: aut in initio oꝛ/

tus fuit: ideſt cum mane apparuerit: aut fuerit in ſtatione ſua ſecunda: vel in ali quo eſſe ſcilicet laudabili a ſole ſicut predixim⁹ ipſe erit alcochoden. Si vero gradus Solis fuerit hylech: z fuerit in Ariete vel in Leone erit Sol hylech: z alcochoden ſimul z non conſiderabitur alius alcochoden preter eum: ſimiliter ſi fuerit gradus Lune hylech: z fuerit in Tauro vel in cancro habeto eam pro hylech z alcochoden: ſimul z non conſiderabis alcochoden alium preter eam.

ALmutam eſt qui preeſt natiuitati: ab eo ſignificatur eſſe nati poſt hylech z alcochoden: z ipſe planetis ceteris eſt plurib⁹ auctoritatis: in aſcendente z in locis luminarium atq; in loco partis fortune in loco quoq; coniunctionis vel preuentionis que eſt ante natiuitatem. Quod ſi ipſe fuerit aliquis planeta duobus locis aut tribus aut quattuor aut pluribus pre multitudine poteſtatis ſue erit ipſe almutaz. ideſt auctor z ſignificator vite poſt hylech: z alcochoden z per eum ſignificatur eſſe nati: z quidem habent eum pro alcochoden ad dandum vitam.

De profectione ſignorum.

QUE ex hoc ſignum profectionis in annis natiuitatum atq; mundi. Naz in annis natiuitatum ſcientia eſt: vt aſpicias quot anni tranſierunt nato ex annis ſolaribus perfectis: aſpicieſq; omni anno ſignum vnuz z incipies ab aſcendente nati per ſucceſſionem ſignorum quouſq; finitus fuerit numerus ſignum quod ſuccedit eſt ſignum profectionis ab aſcendente ſignum videlicet anni intrantis quez non miſiſti in numero hoc erit in tali gradu ſicut fuit in aſcendente natiuitatis: z dominus eiuſdem dicitur alcochoden cuius interpretatio eſt dominus anni. Similiter numerabis a ſigno ſolis vni cuiq; anno ſignum vnum: z exibit per hoc ſignum profectionis a ſole. Similiter a ſigno Lune z a medio celi: z a parte fortune in ſimilitudinem gradus radicis: ideſt puncti natiuitatis. Cuius rei exemplar eſt q⁹ quidaz natus eſt oriente capricorno ſcilicet .17. gradu eius: z ſol erat in piſcibus .15. gradu: z medium celi ſcorpionis .octo gra. z luna in libra .15. gra. z pars fortune in leone. 17. gra. z iam tranſierunt nato tres anni perfecti peruenietq; quartus annus ab aſcendente in ariete qui eſt quartus a capricorno vſq; ad .17. gradum eiuſdem arietis. z erit mars alcochoden: peruenit locus ſolis ad geminos vſq; ad .15. gra. eiuſdem ſigni: z peruenit luna ad capricornum. ad. 15. gra. z profectus a medio celi ad octo gradum aquarij. z profectus a parte fortune peruenit vſq; ad .17. gradum ſcorpij. Cumq; peruenerit annus ad gradum profectionis: vt ad .17. gradum arietis in hoc exemplo: z fuerit inter ipſum z ſimilem gradum ſuccedentis ſigni ad quem debet peruenire annus ſequens in eadem domo planeta vel radij eius: z volueris ſcire quando peruenerit profectio ad ipſum planetam vel ad radios eius aſpicies quid ſit inter gradum ad quem perueniet annus: z planetam vel radios ex gradibus z minutis: z multiplicabis illud per .12. z ſextam illius numeri quem multiplicas vel in .12. gradus z .6. vnius gradus z quot prouenerint erunt dies ex anno illo in quo fueris in quibus prouenient profectio a gradu in quo incipit vſq; ad gradū ad quē numeraſti poſt fiet pfectio ipſius planete. Profectio aūt ex annis mun-

di dixit alchindus est quod fuerit inter annum coniunctionis que significauit sarracenorū secta⁊ inter annū alhegerat in quo cepit primū predicare maho metus qui fuit primus annorū arabū.52.anni solares ⁊.57.dies ⁊ fuit ascēdens anni illius cōiunctionis predicte secte signuz geminorū:⁊ peruenit profectio eiusdem anni ad virginem:⁊ inter ipsum primū annorū arabū:⁊ primū anno ruz iezdagird regis persarū fuerunt.3624.dies scilicet perfecti. Cū ergo volue ris habere notitiaz huius rei accipe annos iezdagird ⁊ verte eos in dies sicu tam expositum est in azig in libro cursuū planetaruz:⁊ adde desuper dies qui sunt inter primū annorū arabuz ⁊ iezdygird:⁊ diuide hoc per.365.dies ⁊ quar tam partem diei ⁊ quot diuisiones exierint tot erunt anni solares:⁊ qō reman serit ex mensibus ⁊ diebus erit ex anno imperfecto:qō cū ita collectum fuerit ex annis ipsi sunt anni solares abinitio annorum arabum proïce ergo omni anno signum vnum ⁊ incipe a virgine ⁊ ad quodcūqz signuz te perduxerit nu merus ipsum erit signū ad quod peruenit annus mundi ab ascensione coniun ctionis predicte secte. Alijs autem extra alkindum visum est vt adderent su per annos iezdagird perfectos.61.ānos ⁊.11.menses ⁊.12.dies ⁊.16. horas:ex annis persidum qui sunt sine fractione.i.sine quarta diei ⁊ extenderent hos an nos in dies ac verterent dies in annos solares sicut predixim⁹ ⁊ inciperent proïcere ab initio libre:qz si volueris profectionem a signo coniunctionis se cte fit protectio a scorpione:si vero volueris profectionē ab ascendente regni minue ex annis iezdagird annos illos.317.persidos ⁊ verte eos in annos so lares sicut p̄dixim⁹:⁊ incipe proïcere a virgine. Rursus si volueris pro fectionem ab ascensione profectionis mutationis coniunctionis a triplicita te aquatica ad triplicitatem igneam minue ex annis iezdagird perfectis.176. annos ⁊ verte illos qui remanent in annos solares.⁊ incipe proïcere a leo ne ⁊ quo peruenerit numerus in eodem signo erit profectus vniuscuiusqz ini tij eorum que diximus.

De directione significatoris.

Et ex hoc sequitur atazir.i.directio:hoc est vt dirigas significatorez ali quem ad aliquē locū signorū ⁊ scias qd sit inter eos ex gradibus dire ctionis accipiesqz vnicuiqz gradui annū vnū. Cū ergo volueris scire hoc ⁊ fuerit ille significator in ascendente quēuis dirigere ad aliquē partē cir culi minue ascensiones gradus in quo fuerit significator quē volueris dirige re per ascensiones regionis de ascensionibus gradus illius ad quez volueris dirigere euz:⁊ qō remanserit erit gradus directionis:qz si fuerit significator in gradu septime minues ascēsiones nadir.i.oppositi gradus in quo est significa tor de ascēsionib⁹ nadir illius gradus ad quē volueris ipsuz dirigere in illa re gione. Si vero fuerit fig̃tor in medio celi vel in angulo terre:minues ascensio nes gradus significatoris de ascensionib⁹ illius gradus ad quē volueris eū di rigere per ascensiones circuli directi:⁊ qō remanserit erit gradus directionis. Si vero fuerit ille significator quē volueris dirigere in aliquo loco extra quat tuor angulos. Aspicies longitudinem eius ab aliquo horum angulorum qui sunt angulus medij celi atqz angulus terre: hoc est vt aspicies significatorem qui si fuerit inter ascendens ⁊ medium celi: minues ascensiones gradus me dij celi per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris:⁊ si fue rit inter.7.⁊ medium celi;minues ascensiones gradus significatoris de ascen-

sionibus gradus medij celi per circulum directum: & quod remanserit: ex qualicunq; horum locorum fuerit: illud divides per partes horarum illius diei gradus in quo fuerit significator: & quod exierit erunt horæ longitudinis ab angulo. Et si fuerit inter ascendens & angulum terræ minues ascensiones gradus significatoris per circulum directum de ascensionibus gradus anguli terræ. Rursus si fuerit significator inter angulum terræ & .7. minues ascensiones gradus anguli terræ per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris: & quod remanserit ex qualicunq; horum locorum dividis per tempora horarum diei nadir idest oppositi gradus significatoris: & quod exierit ipse erunt longitudines horæ ab angulo. Cum sciveris longitudinis horas ab angulo & volueris dirigere significatorem ad aliquem locum circuli signorum: & fuerit significator in medio circuli orientalis qui est a medio celi usq; ad angulum terræ de eis quæ succedunt ascendens: minue ascensiones gradus illius in quo fuerit significator de ascensionibus gradus illius ad quem volueris dirigere per circulum directum: & quod remanserit erit significator circuli directi: serua eum. Post hoc minues ascensiones illius gradus in quo fuerit significator per ascensiones regionis de ascensionibus illius gradus ad quæ volueris eum dirigere: & quod remanserit erit significator regionis: post hoc aspice residuum quod fuerit inter significatorem circuli directi: & significatorē regionis: accipiesq; sextam partem eius & multiplicabis in horis longitudinis ab angulo: & quod fuerit erit equatio: & si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis: addes equationem super significatorem circuli directi. Et si fuerit significator circuli directi plus minues equationem ex eo: & quod remanserit erit gradus directionis. Item si fuerit significator quæ volueris dirigere in medietate circuli occidentalis quæ est ab angulo terræ usq; ad medium celi de eo quod succedit. 7. minues ascensiones nadir gradus significatoris quem volueris dirigere de ascensionibus nadir gradus illius ad quem volueris dirigere eum per circulum directum & quod remanserit erit significator circuli directi. Post hoc minues ascensiones nadir gradus significatoris per ascēsiones regionis de ascensionibus nadir gradus illius ad quē volueris eum dirigere: & quod remanserit erit significator regionis: deinde accipies residuum quod fuerit inter significatorem circuli directi & significatorem regionis accipiesq; sextam partem eius: & multiplicabis in horis longitudinis ab angulo: & quod fuerit erit equatio. post hoc aspicies significatorē circuli directi si fuerit minor significatore regionis addes equationem super significatorem circuli directi: & si fuerit significator circuli directi plus significatore regionis minues equationem de significatore circuli directi: & qđ ex eo exierit erit gradus directiōis. Quod si fuerit significator in aliqua quarta: & locus ad quem diriges eum in alia quarta diriges significatorem ad angulum qui ei succedit: post hoc diriges ab angulo ad locum quemadmodum ostendi tibi directionem ab angulo & iunges vtraſq; directionis. Quod cum sciveris significatorem & volueris scire quo perveniet directio de circulo signorum in aliquo annorum: fueritque significator in ascendente: addes numerum annorum: super ascensiones gradus ascendentis: & facies eum arcum in ascensione regionis: & quo exierit arcus grad. de circulo signorum ibi perveniet directio in eodem anno. Si vero fuerit significator in .7. addes

numeruz ānorum super ascēsiones nadir gradus figūris: z arcuabis eum etiā in ascendentib⁹ regionis: z q exierit de circulo signoz: ad eius nadir preueniet directio eodē anno. Qō si fuerit figūr in. 10. vel. 4. addes super ascēsiones grad. figūris in circulo directo numerū ānoruz: z arcuabis eum in ascēsionib⁹ circuli directi: z q exerit ō circulo signorū ibidez preueniet in eodē āno directio. ¶ Si vero fuerit figūr extra hec quattuor loca que sunt anguli scias horas longitudinis ab āgulo sicut predixi: qō si fuerit figūr in medietate orientali: addes super ascēsiones gra. figūris per circulum directum numerū annorum quos volueris z arcuabis hoc in ascēsionibus circuli directi: z quod exierit erit figūr circuli directi: serua eū. post hoc addes numez annorū etiā super ascēsiones grad. figūris in regione: z arcuabis hoc in ascēsione regionis: z q fuerit exit figūr regionis. post hoc accipies sextaz partē residui inter figūrem circuli directi: z figūrem regionis: z multiplicabis eam in horis lōgitudinis ab angulo z qō fuerit erit equatio. ¶ Quod si fuerit figūr circuli directi minor significatore regionis addes equationē super significatorē circuli directi: z si fuerit plus minues eam de eo: z q remāserit ibi perueniet directio ex circulo signorū eodē anno. ¶ Qō si fuerit figūr in medietate occidētali facies cū nadir grad. figūris sicut fecisti cum gradu figūris in opere q est ante eum: z quod fuerit ibidē perueniet directio ex circulo signoruz in eodem anno: z locus ad quem perueniet directio dicitur locus diuisionis z dominus termini illius loci dicit diuisor: q si fuerit in gradu diuisionis planeta alius aut radij eius aut ppe locū ante euz dz hic planeta aut dñs radiorū particeps diuisoris in diuisione. ¶ Significatores quoqz qui dirigunt sunt quinqz loca. i. grad. ascēdētis: z gra. Solis: z gra. Lune gra. quoqz partis fortune ac gradus medij celi. Gradus namqz ascēdentis dirigit ad accidentia dignoscenda que accidūt in corpore: z gra. solis ad dignitatis z exaltatiōis causas: honoris quoqz atqz regni: z Luna propter esse anime z corporis atqz cōiungij: z pars fortune propter acquisitiōes z profectus exiguitatē z largitatez z medij celi propter magisterij z ceteras dispositiōes particulares z esse eorū. ¶ Si autē fuerit ascēdens revolutiōis alicuius annoruz mundi vel natiuitatū diriguntur significatores eius secūdum hanc directionē vnicuiqz scilicet gradui diem vnū. Qui busdam videt vt dirigantur significatores anni hoc modo omnibus: scilicet. 59. minutis: z. 8. secundis vnuz diem: nam directio regnum z principium sic dirigitur eis a gradu medij celi per ascēsiones circuli directi omnibus. 56. minutis: z octo secundis vnum diem: donec perueniat ad bonis vel malos planetas. Et dirigitur esse regnuz in incolumitate: aut infirmitate ex gradu ascendentis ad bonos vel malos planetas omnibus. 59. minutis: z octo secundis diem vnum per ascensiones regionis: z directio in revolutione annoruz mundi z prenoscendum esse vulgi vel rusticorum a gradu ascendentis: similiter z ad prenoscendum esse regis a gradu medij celi: z in revolutione annorū natiuitatum ad prenoscendum esse nati a gradu ascendentis revolutionis omnibus. 59. minutis z octo secundis per ascensiones regionis diem vnum.

¶ De algebugthar.

Et ex hoc sequit algebugthar in natiuitatib⁹ z est directio grad⁹ ascēdentis: hoc est vt aspicias gradū ascēdentis in termino cuius sit plāte minuas ascēsiones ascēdentis de ascēsionibus que sunt indirecto si

nis termini planete per ascēsiones regiōis: z qꝫ remāserit accipies vnicuiqꝫ gradui vnū annū z omnib⁹ quinqꝫ minutis mēsē: z omni minuto .6. dies z erit domin⁹ termini dispositor anno⁊ qd dicit diuisor. ¶ Post hoc accipies gradus termini qui eu succedit z vies eos etiā in gra. ascēsionū z qꝫ fuerit accipies vni cuiqꝫ gradui annū vnū: z omnib⁹ .5. minutis mēsez: z oi minuto sex dies: eritqꝫ domin⁹ termini diuisor z dispositor illo⁊ āno⁊ū. Sic ir rabis cuz oi termino dñi per successionē vsqꝫ in finē vite: z si fuerit in termino alicui⁹ planete: planeta aut radij eius erūt particeps in diuisione: z hec diuisio dicitur algebugibar.

¶ De duodenarijs planetarum z domoꝛum.

¶ Et ex hoc duodenarie planetarum aut domoꝛum: hoc est vt aspicias quantuz ambulauerit planeta in signo suo in quocūqꝫ fuerit aut gra. domus quem volueris ex gradibus z minutis multiplicabisqꝫ hoc in .12. post hoc addes desup ipsos gra. atqꝫ minuta que multiplicasti in .12. z qꝫ collectū fuerit ex eo proijce ab initio gra. eiusdē signi dans vnicuiqꝫ signo .30. gra. z quo fuerit finitus numerus ibi erit duodenaria planetarū ac domoꝛum.

¶ De nouenarijs eoꝛūdem.

¶ Et ex hoc amanababarat que sunt nouēarie. Cuius scientia est vt scias quantū ambulauerit planeta in signo suo ex gradib⁹ z minutis: aut grad⁹ domus cuius volueris scire nouenarium. post hoc divide signuz in nouē diuisiōes z vnaqueqꝫ diuisio est ex tribus gradibus z tertia parte vnius grad⁹. ¶ Post hoc aspicies in quo nouēario ex nouēarijs ceciderit gradus planete aut dom⁹. ¶ Post hoc dabis primū nouenarium ex signis dño signi mobilis eiusdē triplicitatis z secūduz nouēariū dño signi cuius est ipsuz signuz qō succedit donec venias ad aliquē nouenariū ex q̄ est grad⁹ eritqꝫ planeta dñs eius nouenarij: vbi gratia: signū ex quo fuerit grad⁹ ille erat ex triplicitate arietis: erit ergo primū nouenariū eiusdē signi matris dñi arietis: z sm nouenariū Veneris oñe taur: z nouenariuz tertiū mercurij domini geminoruz. Similiter vsqꝫ ad nouenariū nonum. Et si fuerit signum ex triplicitate cancri erit primū nouenariuz eius lune: z secundum nouenariū solis domini leonis: z tertiū mercurij dñi virginis. Et si fuerit signū ex triplicitate libre erit primū nouenariuz eius Veneris dñi libre: z secundum martis domini scoꝛpionis: z tertiuz Iouis dñi sagittarij. Similiter in triplicitate capricorni primū nouenarium eius est saturni domini capricorni: z secundū similiter saturni dñi aquarij: z tertiū Iouis domini pisciuz. deinde que sequit sm ordinem successionis signoꝛū: verbi gratia: planeta vel aliqua domus ex domib⁹ .12. erat in .19. gradu aquarij si diuidat signum per .nouē diuisiones erit gradus .19. in diuisione sexta z quia signum aquarij est in triplicitate libre ponit primū nouenariuz eius Veneris domini libre secūdum martis domini scoꝛpionis: z tertiū Iouis dñi sagittarij: z quartū saturni dñi capricorni: z quintuz etiā saturni dñi aquarij: z sextuz Iouis dñi pisciū: eritqꝫ nauhahar id est nouenariū .19. gra. aquarij Iouis.

¶ Modus inuentendi dominum decani.

¶ Et ex hoc adoꝛogen hoc est vt diuidas ascendens in tres partes z sit omnis diuisio .10. graduum: dabisqꝫ diuisionem primam domino ascendentis z secundā dño quinti signi ab eo: z tertium dño noni: nam ascēdens .5. z .9. vna semper sunt triplicitas: verbi gratia: ab initio arietis vsqꝫ in decimū gradū eius est doꝛongen. i. decan⁹ est martis. Et si fuerit ex .10. gradu vsqꝫ .20. gra

cum erit eius dozongen sol dominus lonis. Et si fuerit a.20. vsq; in finem eius erit dozongen iupiter dominus sagittarij.

Et ex hoc dominus ozbis in natiuitatibus hoc est vt aspicias dominum hore in qua ozit natus dabisq; ascendens z dominus hoze anno primo natiuitatis eius z significabit per esse eius idest dominū hoze sanitas vel infirmitas corporis nati sicut sigtur per dim ascendētis radicis i. natiuitatis: z dabis dim secunde hoze ab ea secunde domui ab ascendente in secundo anno z significabitur per eum esse suum in eodem anno esse substantie z ꝯ sicut significatur per esse domini domus substantie: z dabis dominum tertie hoze ab ea tertie domui ab ascendente tertio anno z significabitur per esse illius in eodē anno esse fratruz z sozorum z ceterozum sicut significabit per esse domini tertie domus. z dabis dominum hoze quarte domui quarte ab ascendente in anno quarto: z significabitur per esse suum in eodem anno esse patrum z eozum qui significantur per domum quartam. Similiter facies de dominis hozarum per successionem dabis. s. dominum vnius cuiusq; hoze domui ex domibus radicalibus erituq; domino hoze. 12. ab hora natiuitatis domus. 12. ab ascendente radicis z annus. 12. z dominus. 13. hoze a natiuitate radicis ascendētis z anni. 13. z dominus. 14. hoze ab ea dom⁹ substantie z. 14. anni. Et nominat dns hore prime dominus ascendentis hoze. z dominus. 2. hore domin⁹ hoze domus substantie z dominus hoze tertie dns hoze domus fratrum: z sic de alijs. Similiter dns vnius cuiusq; haruz hozarum nominat nomine domus: z nominatur etiaz ozbis dominus z significat per eum omni anno sicut significatur per alcochoden: hoc est per dominum anni: z quidam astrologogū ponunt dominum ozbis. s. ascendentis radicis anno primo z. 2. anno planetaz qui huic succedit. z in tertio anno planetaz qui huic succedit sicut dictum est in dño hoze.

Et ex hoc alfidarie dispositio: hoc est cum natiuitas fuerit diurna prout erit in initio vite dispositioni eius fridarie sol secūdum quātitatē annorum fridarie eius qui sunt decē: post hoc planeta qui succedit soli qui est venus cui⁹ fridarie anni sunt octo. z post venerē planeta qui succedit ei z est mercuri⁹: z āni eius sunt tredecim deinde luna: z anni fridarie eius sunt nouem: deinde saturnus z anni fridarie eius sunt. 11. deinde iupiter z anni fridarie eius sunt. 12. deinde mars z anni fridarie eius sunt. 7. deinde caput draconis z anni fridarie eius sunt. 3. post hoc cauda: z anni eius fridarie sunt duo fiunt ād anni collecti simul. 75. anni. post hoc reuertitur dispositio ad solē: z sic vsq; ad vltimū planetaz. Si autē fuerit natiuitas nocturna incipit dispositio a luna disponetq; ānos fridarie ei⁹ qui sunt nouē. sic planeta post planetā sicut p̄dixim⁹ in sole. Cūq; disposuerit planeta ānos fridarie sue disponet ꝓprie prima septimā solū. i. septimā partē fridarie sui. deinde ꝑticipat ei in secunda septima: planeta qui eū succedit: post hoc ꝑticipat ei in tertia septima planeta. tertius qui succedit ꝑm: z ita donec ꝑticipat ei planeta qui est ante eū in vltima septima ex ānis fridarie eius: z est vnicuiq; iudiciū cū ꝑticipat alteri sup natiuitate.

Et ex hoc almanar. idest supereminentia qua dicitur q planeta vadit super planetam: hoc est vt aspicias cursum planete medium z locum eius equatum: z si fuerit locus eius equatus minus medio cursu eius erit ascēdens a medio circuli sui vsq; ad sumitatem circuli: z si fuerit locus eius equatus plus medio cursu erit descendens a medio circuli sui vsq; ad

essentialibus planetaruz. In ista parte auctor determinat de quarta dignitate essentiali quam habent planete in signis. Et diuiditur in duas partes: quoniam in prima parte ponit terminos planetarum. In secunda parte soluit quadam contrauersiam que est inter aliquos de triplicitatib⁹ z terminis. Secunda pars incipit ibi. Quidam preponuntur. Prima pars diuidi potest in duas partes: ita q̄ p̄mo incipit tractare de terminis planetaz̄ l'raliter. Scōpo nit tabulam de ipsis terminis. Secūda incipit ibi: z pp diuersitatē eozūdez. Dicē p̄mo q̄ quinq̄ planete. s. Saturnus Jupiter ♂ars Ven⁹ z ☿ercuri⁹ hñt ter minos dispositos p diuersos gra. Et p̄mus termin⁹ ē Jouis a p̄ncipio arietis vsq̄ ad finem sexti gra. eiusdē. Et a p̄ncipio septimi gra. eiusdē arietis vsq̄ ad finē 12. est terminus Veneris. Et a p̄ncipio. 13. gra. vsq̄ ad finē. 20. est terminus ☿ercurij. Et a p̄ncipio. 21. vsq̄ ad finē. 25. est treminus ♂artis. Et a p̄ncipio. 26. vsq̄ ad finē arietis est termin⁹ Saturni. Postea dicē. z q̄ isti grad⁹ sunt diuersi: ita q̄ non vadūt equaliter nec p̄m ordinē planetaz̄ graue esset eos tenere in memoria: ideo posuit eos eo⁹ in tabula secundum q̄ videtur in litera.

Quidā p̄ponunt triplicitates terminis.

Hic soluit q̄z̄dā contrauersiā que est iter sapientes de triplicitatib⁹ z terminis. Et dicit q̄dā p̄ferūt triplicitates terminis. Et q̄dā p̄ferūt terminos triplicitatibus. Soluit istā ꝯtrauersiā z dicit q̄ dñi triplicitatū sunt fortiores q̄z̄ium ad nutritionē pueroz̄: q̄ in natiuitatib⁹ significāt nutritionē z ab eis accipit significatio virū puer fit vitalis aut nō. Dñi aūt terminoz̄ sunt fortiores in directione: q̄ dū dirigit̄ gradus ascēdens alicui⁹ natiuitatis dirigitur ad terminos fortunarū z in fortunaz̄. z dñs termini illi⁹ vocat diuisor vel dispositor q̄z̄diu durat directio in illo termino: z si fuerit ibi aliq̄s planeta vel radij eius erit ꝓticeps. De hoc diffusi⁹ dicet in sequentib⁹ dño p̄cedente. Notādum est hic de terminis q̄ discordia fuit iter sapiētes antiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis. quarū vna fuit indoz̄. alia egyptioz̄. tertia caldeozū. Ptolemeus in. 218. ppositione p̄me ptis q̄dripartiti magis approbat terminos egyptiozū z dicit se inuenisse vnū libz̄ū de terminis antiquū qui p̄ vetustate erat ꝓ maiori pte fact⁹. Et ille cōcordabat cū terminis egyptioz̄. z i illo libro summa graduū terminoz̄ cuiuslibet planete erat tant⁹ quant⁹ numerus annoz̄ suoz̄ maiorū quos dant in natiuitatib⁹. Verbi grā: anni maiores saturni sunt. 57. ānī. Jouis. 79. ♂artis. 66. Veneris. 82 ☿ercurij. 76. z omnes isti collecti faciunt. 360. Si volueris hoc experiri cōputa gradus oium terminoz̄ alicui⁹ planete: verbi grā Jouis: z inuenies numerū annoz̄ suozum scilicet. 79. z sic de aliis. Haly in cōmento. 206. ppositionis p̄me ptis q̄dripartiti dicit. Illi ve egypcio fuerunt sapiētes magici qui fuerunt ab antiquo tpe. nam isti fuernnt studij z exercij magini in scientijs z sapientijs oibus de q̄bus hō se iuuare pōt. Et scim⁹ hoc per chronicas sapiētum antiquoz̄ p̄m q̄ loquebantur de ipsis z per ea que de suis operibus remāserūt a multis milib⁹ annozum vsq̄ ad hodiernā diē. Tñ ego dico illud q̄ ego vidi de vna experiētia q̄z̄ inueni in loco qui dictus est oculus solis: q̄ in modico tpe miracula magna vidi. hec sunt verba Haly. de experientia aūt tacet. In centiloquio in cōmēto illi⁹ p̄positionis vultus huius seculi. dicit vnam experientiam de sigillo scorpionis facto in lapide secundum q̄ pōt ibi videri: z qui voluerit videre ibidē videat.

FAcies autē signorū. Hic determinat de gnta dignitate z vltima essentiali qz hñt planete in signis q vocatur facies. Et pōt diuidi in tres partes. qm̄ i ꝓma pte ponit diuisionē z ordinationē faciex. In ba parte docet inuenire facies ꝓ numeros. In tertia parte ponit de eis tabulā. Scōa pars incipit. Cū ha/bueris gradus in aliquo signo. Tertia est in fine vbi ponit tabulā. Dicit q qō/libet signū diuiditur in tres partes equales q vocant tres facies z qlibet facies est ex. 10. gradibus. Et incipiunt iste facies a principio arietis z pcedūt hz ordinē signoz z planetaz. itaq; prima facies est martis. s. primi. 10. gradus. ba facies arietis. s. 10. gradus sequētes sunt solis q succedit marti in ordine sphaerarū. tertia est veneris que succedit soli. Et prima facies tauri est mercurij que succedit veneri. Secunda lune que succedit mercurio. Tertia saturni. Et ꝓma geminorū Iouis. z sic ꝑm hunc ordinem vsq; ad finē signorum. Postea docet inuenire ꝓ numeros cuius planete sit aliqua facies. Et dicit cū habueris gradum alicuius signi z volueris scire cuius planete facies sit in illo gradu cōpu ta numerū signorū a principio arietis vsq; ad principiū signi propositi: z multiplica illum numerū per tres: z cuz numero producto adde facies cōpletas signi propositi: verbi gra: si transierint. 10. gradus cōpleti adde vnitatē. Si. 20. completi adde duo. Deinde a toto numero subtrahe. 7. quotiēs poteris. z qō remanserit computa a marte secundum ordinem planetarū. z vbi numerus finitus fuerit sequens planeta est dñs faciei quesite: verbi gratia pono quod habeam. 15. gradus leonis volo scire cuius facies sit. 15. gradus leonis scio q a principio arietis sunt. 4. signa completa. multiplicabo ergo. 4. per. 3. z erunt. 12. Et scio q de leone transiuit vna facies completa: ideo addam vnū z erunt. 13. facies complete a principio arietis. subtrahā inde septem z remanent. 6. dabo. primam vnitatem marti. secundam soli. tertiam veneri. quartam mercurio. quintam lune. sextam saturno. Erit ergo facies sequens que non fuit completa Iouis. Postea ponit tabulam cuius opus facile est. Queres enim nomen illius signi cuius dominū facieī queris z inuenies in directo quis sit dominꝰ prime faciei z quis secunde z quis tertie.

QUia auxiliante deo. Postqz auctor determinauit de dignitatibus planetarū in signis. In ista parte determinat de fortitudinibus quas hñt in istis dignitatibus. Et pōt diuidi in duas partes: qm̄ in prima parte ostēdit quot fortitudines hēat planeta in qualibet dignitate. In ba parte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. scōa est ibi: vnde gdā de hac re. Prima pars pōt diuidi in duas: qm̄ primo continuat se ad dicenda. ꝺo prosequitur ibi: naz dñs domus. Dicit q adiuuante deo cōpleuit de dignitatibꝰ planetarū i signis. modo vult ostendere quot fortitudines hēat quelibet in ipsis dignitatibus. Postea dicit q dñs domus hz quinqz fortitudines. dñs exaltationis hz quattuor. dñs triplicitatis hēt tres. dñs termini duas dñs faciei vnā. Postea replicat illaz cōtrouersiā de terminis. Et ponit cōparationē in dignitatibus planetaruz dicens q quidā de dignitatibus planetarū fecerunt talē cōparationē q̄ planeta existens in sua domo est filius viro existēti in domo atq; dñatōe sua. Et planeta in exaltatōe sua est filius viro in regno atq; gloria sua z patet in littera. Hz ista littera pōt notari si aliquis planeta pattaf magnū ifortunū i domo vel ex

altatione sua hoc est multū detestabile. sicut multū eēt detestabile si rex vincere tur in ppio regno suo z in fortiori loco regni sui. Jō qñ luminaria eclypsant in propijs domibus vel exaltationibus suis hoc est malum signum.

Sequuntur has figure signorum.

Primo auctor determinauit de dignitatibus planetarum in signis z defortitudinibus quas habent in istis dignitatibus. In ista parte determinat de figuris siue formis ipsorum signorū hoc est ostēdit nobis que signa hñt formas humanas: z que hñt formas aliorū animaliū z manet indiuisa. Dicit quod quedam signa dicūtur rationalia. s. illa quorum imagines sunt figurate ad imagines hominum. Et illa sunt gemini virgo aquarius libra z medietas prima sagittarij. z ista dicuntur habentia pulchras voces. Et virtus eorum est maior cū fuerint in oriente. Et quedam ex signis dicuntur habentia halas scilicet gemini virgo z pisces. Quedam ex eis dicuntur quadrupedia. s. sagittarius leo aries taurus z capricornus. Et eorum quedā sunt domestica. s. illa que sunt figurata secundum figuras animalium domesticorum. Et hec sunt aries taurus z capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Virtus autem virginis capricorni z aquarij magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedam ex signis videntur vitiosa z turpia z tortuosa scilicet aries taurus cancer scorpius z pisces. z virtus eorum magis apparet in occidente Quedam vero sunt sterilia. s. gemini leo virgo. Et quedam dicuntur habentia paucos filios. s. aries taurus libra sagittarius capricornus z aquarius. Et quedam ex his signis sunt multum luxuriosa. s. aries z taurus leo z capricornus. Et quedam dicuntur multum filiorum scilicet cancer scorpius z pisces. Et quedam ex signis dicuntur habentia dimidiam vocem: illa scilicet que habent vocem animalium balantium rugientium z mugientium: vt aries taurus leo capricornus z vltima pars sagittarij. Quedam ex signis dicuntur carentia omnino voce scilicet illa que figurantur secundum imagines animalium carentium voce: vt cancer scorpio z pisces. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorum alia sunt in forma hominum. Alia in forma bestiarū. Alia in forma bestinglorum Alia in forma reptilū. Que sunt in forma humana sunt gemini. libra aquarius virgo. In forma bestiarū aries taurus capricornus z sagittari⁹. In forma bestinglorum. i. animalium rapatiuz leo. In forma reptilium cancer scorpio z pisces.

Et vnum quodque signorum habet propriam significationem.

Primus auctor determinauit de figuris signorum. In ista parte ostendit nobis quid habent signa ex membris hominum: z ex regionibus z ex planetis. Et potest diuidi in duas partes: qñ in prima parte facit quod dictum est. In secunda determinat de doloribus planetarum in signis. Secunda incipit ibi. Et siquidem planete significauerint dolorem. Prima potest diuidi in. 12 partes secundum q. 12 sunt signa. Claruz est quod dicti litere exceptio q nomia regionū nō sunt nobis nota Notā dum est hic quod Ptolemeus diuidit totā terrā habitabilem in quattuor partes. Et secundum diuisionē Ptolemei imaginari potest vna linea tranſiens

ab oriente in occidēte per mediū habitationis ita qđ ista linea diuidat partez meridionalem a septentrionali. Et dicit Haly z ista linea distat ab equinoctiali per.36.gradus.z secundū hanc diuisionem distat ab vltima habitatione in septentrione per.30.gradus vel circa:ita quod tota latitudo contineat.66.gradus. Et tanta est distantia equinoctialis vsqz ad circulū arcticuz:immo est 66. gradus.26.minuta:z.30.scđa. Ideo dicit Haly vel circa. Et dicit quod infine istius linee versus occidentem est passagiū herculis. Et hoc est vnde transitur in hispaniam z est mare ibi strictuz quod existens in vno littore potest videre existentē in alio. Et sunt ibi tres insule q̄rū vnā videt trāseuntes in hispaniā p terrā occidentis. Et stat in ea idolū tenens in manu claues ad demonstrandū q̄ vltra locum illū nō fit habitatio. Et in qualibet duarum aliarū insularū stat idolū sm eundē modū. Et in parte orientali in fine linee p̄dicte stant idola eodem modo tenentia claues z demonstrantia quod non fit vltra illum locū habitatio versus orientez. Dicit Haly q̄ Hercules posuit ista idola in signum q̄ ipse acquisiuerat totū mundum. Longitudo linee predicte scōm q̄ dicit Haly est.180.graduū. His visis sm sententiā Ptolemei imaginet ista linea diuidi p medium ita qđ remaneant.90.gradus versus orientē:z alij.90.versus occidentem. Et imaginetur tranfire vna linea per polos mundi per mediū diuisionis linee supradicte ita videlicet q̄ transeat per medium terre habitabilis scđz latitudinem. Prima autē linea dicebatur transire per medium terre habitabilis sm longitudinē. Patet itaq̄ q̄ due linee supradicte que diuidunt totam terrā habitabilē in quattuor partes contūgunt in loco intersectionis linearū qui est punctus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intellecta facile est videre sniaz. Ptolemei in partitione signoꝝ z terrarū. Dicit itaq̄ Ptolemeꝰ q̄ hec tria signa aries leo z sagittarius que faciunt primā triplicitatē ptinēt ad q̄rtaz partē terre habitabilis que est iter septētrionē z occidens.z illā q̄rtā gubernat Jupiter eo q̄ est septentrionalis:z mars hz participationē cū eo:qz ptinet ad partez occidentalē. Et tria signa triplicitatis scđe.s.taurus virgo capricornus pertinent ad partē que est inter meridiē z orientz gubernat ipsam venus:qz est meridionalis.z hz participationē cū ea saturnus qm̄ ad partē orientalē pertinet. Et tria signa triplicitatis tertie.s.gemini libra z aquariuz ptinēt ad partē que est inter orientz septētrionē:z gubernat ipsam saturnus eo q̄ pertinet ad orientz hz participationē cū eo Jupiter eo q̄ pertinet ad septentrionem. Et tria signa triplicitatis quarte.s.cancer scorpio z pisces pertinent ad partez que est inter meridiez occidens.z gubernat ipsaz mars:qz pertinet ad occidens. z hz participationē cū eo venus. Ex predictis poterit quilibet cōiecturare ad quod signum pertineat quelibet terra. Scietenim per longitudinem z latitudinē regionis de qua quarta fit. Verbi gratia:oīs terra cuiꝰ latitudo est maior. 36.gradibus.z longitudo eius ab occidēte minꝰ.90.gradibꝰ fuerit est de quarta septentrionali occidentali z sic de alijs suo modo. Cognita igitur quarta in qua est terra tua scis quod vnum signum ex tribus signis triplicitatis illius quarte respicit illā terrā.z poteris scire quod ex illis tribus respiciat eaz p mores z cōsuetudines hoiuz habitantiū in ea. Verbi gra:scis q̄ terra christiano ruz est in parte septētrionali occidentali scio qđ aries leo z sagittarius dñatur sup ipsam. Et si velim scire supra q̄z ptē eius dñaf q̄libet istorū signorū respicio ad mores z cōditiones hoium cū gbus signis magnis concordant. Cōstat

autē q romani sunt famosiores z nobiliores istius quarte z ideo cōuenit vt at tribuatur eis signū nobilius inter hec tria. z hoc est leo domus solis. Constat ēt q almani sunt homines iracundi z furiosi de nā martis: ideo cōuenit vt attribuatur eis aries domus martis. Constat etiam q hispani sunt boni milites exercitij magni in armis: ideo cōuenit vt attribuat eis sagittarius qō est signuz militiarū z bellozū. Et hanc ptitionē ponit Ptolemeus in littera in scōa parte quadripartiti. Dicit enim sic z prouincie cū ariete cōcordantes sunt terra bri tannie z terra de salacia. Credo q deberet dici de scalauia z germania. Et q cō cordāt cū leone sunt: italia: gallia: apulia: z cecilia. Et Haly dicit ibi: q hi sunt termini rome. Et q. cōcordāt cū sagittario sunt terre de turcia calciata z hispa nia. De ptitione aliozū signozū cū alijs terris paz curo. Quia nec noia eaz nec pditōes hoiuz sunt mihi nota nec faceret mihi aliquā vtilitatē hoc scire. Si qs āt cognoscat eas z voluerit in eis mozari applicet fz modū dcm in tribus si gnis pdictis. Dicit Abrahā auenezre q pmū clyma ē capricorni z aqrij: z gu bernator eius est saturnus. Scōm clyma est sagittarij z piscis z gubernator ei⁹ est Jupiter. Tertiū clyma ē scorpij z arietis z gubernator ei⁹ est Mars. Quar tum est leonis z gubernator eius est sol Quintū clyma est tauri z libre z eius gubernator est venus. Sextū est geminozū z virginis z ei⁹ gubernator mercu rius. Septimū est cancri z gubernat illud luna. Abrahā auenezre ponit cō ditiones nascentiū sub qlibet signo z ē snia sua ista. Qui natus fuerit sub pma facie arietis erit ruffus z fim⁹: veter ei⁹ erit pu⁹ z strictus carne extenuat⁹: hēbit qz supza pedē sinistrū signū z in cubito man⁹ sinistre: z amici ei⁹ erūt plures z ipse odiet malū. Qui vo nat⁹ fuerit sub ba facie ierit ei nigredo plchritudini facie cōiuncta: corpus eius tēpatū pceps in irā aio occultans voluntatē mala: estqz alti cordis: inimici ei⁹ plures erūt. Qui nat⁹ fuerit sub tertia facie eius erit ruffus color ei⁹ z croce⁹ ē erit solitari⁹: Qui nat⁹ fuerit sub pma facie tauri erit breuis statur: sui oculi magni: labia spissa: z hēbit signū in collo: z est corde fe stin⁹: amici ei⁹ plures: z manerieb⁹ delitiaz delectabit ipse. Nat⁹ aūt sub facie ei⁹ ba: hēbit faciē rotundā: ventrē latū: oculos pulchros: z ei⁹ aia volūtaria reqz cito ppendet: z circa spatulas pilosus existet. z hēbit signū in lūbris. Et q nat⁹ fuerit sub tertia facie pulchri coloris existet pulchreqz facie: z hēbit signuz in oculo sinistro: virqz laboriosus erit. nec in mulierib⁹ fortunat⁹ existet. Qui aūt natus fuerit sub fine hui⁹ signi erit carens testiculis nāliter z fine vel hermo frodit⁹. Qui nat⁹ fuerit sub pma facie geminoz erit pulchri corpis z decentis. z oculoz̄ z piloz: hēbit signū in capite vel in oculis. Visus ei⁹ acut⁹ minime ē iracūdus eritqz laborator z cū mulierib⁹ minime fortunat⁹ existet. Et q natus fuerit sub scōa facie erit breuis stature z niger z super eius cubitū signū nigre dinis: eiusqz vba pulchra z dulcia. Natus sub tertia facie nimiuz hēbit oculos paruos. eritqz vir suspicator z leuis: z loquet vba irrationabilia: eritqz mēdax. Qui natus fuerit sub pma facie cancri erit corpore z pilis decens: supcilia ei⁹ erunt stricta nareſqz longe z spatule late: z habebit signū in cubito dextro: aut eius brachio: z aia eius bona amici eius plures: eritqz sciens z ingeniosus. Qui natus fuerit snb scōa facie: erit color eius rubeus breuisqz statur: carens barba: z habebit signū in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus breuisqz statur: z habebit multitudinē pilorz in supercilijs. Qui natus fuerit sub pma facie leonis erit pulcher corpore: z facie: z color vultus eius erit

rubeus albo cũmixtus:oculi eius commixti pectus rectum:z crura sua patiẽ
tur morbum in parte superiori:z erit cognitus in ter gentes:z simplex imixtusq̃
consortio regum. Qui natus fuerit sub secunda facie erit pulchre:pectus
eius erit latum:testiculi z crura gratilia:eritq̃ honoratus inter familiam eius
ac alti cordis. Natus autem sub tertia facie erit aliquantulum breuis statura
eritq̃ color eius albus roseo permixtus:eius vox vehemens amans mulie
res:z habebit plenitudinẽ amicoꝝ z morboꝝ plures substinebit. Qui natꝰ fue
rit sub prima facie virginis erit decentis statuere:erit corpus eiꝰ erectum z pul
chrũ:z erit sciẽs z actꝰ:eius capilli scripsi:z erit diligẽs iusticiã:eius vox vehe
mens:sterilis existent:anima eiꝰ bona:facies pulchra:eritq̃ scriba z bene doc
tus. Qui aũt natus fuerit sub secunda facie erit pulchre apparẽte:oculi eiꝰ par
ui.nasus eius pulcher:eritq̃ disciplinabilis z simplex prevoluntarius corde
diliget laudari. Natus sub tertia facie erit pulcher aspectu pceptibilis discipli
ne:veri sensus ac simplex z sapiens. Qui natus fuerit sub ꝑma facie Libre:erit
pulchre facie:z in eiꝰ capite vlnera ierũt:eritq̃ laboratoꝝ z simplex ac disciplꝰ
nabilis. Natꝰ sub secũda facie erit pulchri vultus z inerit ei ipedimẽtũ in ocu
lis:eritq̃ corde prevolũtarius. Natus sub tertia facie erit pulcher z erit cogni
tus z honoratꝰ iter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi huius erit
nullius sexus aut virtusq̃. Qui fuerit natꝰ sub ꝑma facie scorpionis parũ pul
cher existet:z habebit signũ in capite:z pectꝰ eius erit latũ. Et habebit signum
in pede sinistro vel in manu dextera estq̃ hõ castigationis bonaq̃ discretione
plenꝰ ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput eiꝰ erit magnum:
existetq̃ modice pulchre figure:z habebit singnum ingenu z dorso:z erit hõ
discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit breuis
statureoculis eius cõtorti appetẽs comedere amãs mulieres. Qui aũt natus
fuerit sub fine huius signi aut erit nullius aut virtusq̃ sexus. Qui natus fue
rit sub ꝑma facie sagitarij erit pulcher specie:decorus aspectu recte statureꝫ
diligens bonũ:regibus ac magnatibꝰ se cõmiscẽs. Natꝰ sub secũda facie corpꝰ
habebit cõdecẽa facies in eius crocea supercilia cõpressa z hẽbit signum in pe
ctore. Natꝰ sub tertia facie erit longus:pulcher facie:oculi eius vi murilegi:
pectꝰ latũ:z habebit signũ in sinistro crure. Qui sub ꝑma facie capricorni natꝰ
fuerit erit corpus suum condecẽs:pectus latũ:z hẽbit signũ nigrum in cubito
erit astutus disciplinabilis simplex z ꝓuoluntariꝰ. Natus sub secunda erit pul
cher:hẽbit nares longas:oculi eiꝰ pulchri:volũtas eiꝰ mala z iracũdus: est
hõ sciẽte. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore:eiꝰ in facies citrina:z
in eius brachio sinistro erit nota vel in ipsius genu:festinus in irasꝫ.despiciẽs
milũ vel pugnãs pro malo:diligẽs mulieres:hõ disciplineꝫ diligẽsq̃ sodales
Qui aũt natus fuerit in fine huius signi erit filius adulterinꝰ z oino huic sest
signo minime in mulierum natiuitatibꝰ valere. Qui aũt natus fuerit sub ꝑma
facie aquarij erit corpore z facie formosus:z hẽbit in pectore aut pede sinistro
signum:eritq̃ hõ disciplinabilis z sodales diligens. Natus sub secunda facie
erit longus:facies eius erit rubea:z signum habebit i dorso z sub eius cubito
eritq̃ oibus diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpore pulcher:
statura breuis:facie roseus:z habebit signũ sub cubitis:z erit mulierũ amatoꝝ.
Et qui sub fine huius signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atq̃
in omnibus suis operibus. Qui autẽ sub ꝑma facie piscũ originẽ traxerit:coꝝ

pus eius erit album: z facies similiter: pectus eius latum: barba pulchra: frōs preclara: oculi eius magis nigri q̄z albi. Et forte aliquod membrum sibi defi/ciet: diliget dormire: eritq; gulosus z ebriosus: z habebit signum sub cubito vel in pede. Natus vero sub secunda facie erit breuis statute. decorus aspectu: barba nigra: pilosus: z erit ambulans in duritia cum filijs hominum. Natus: sub tertia facie piscium erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritq; morbosus:

Si quidez planete. Prius auctor ostendit qualiter signa respiciūt membra humani corporis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciunt membra corporis humani in ipsis signis. Et potest hic pars diuidi in. 12. partes secundum. 12. signa. vbi partes incipiunt patet. Prima pars diuidi potest in duas: quoniam primo proponit. Secundo prosequitur ibi: in ariete. Dicit primo q̄ si aliquis planeta significauerit aliquam infirmitatem siue debilitatem in corpore humano habebit in quolibet signo membrum proprium in quo erit illa infirmitas. Et quia ita est cōuenit tractare de doloribꝰ planetarū in signis. Et incipit ab ariete p̄cedendo secundū successionē signorū z planetarum. Quod dicit auctor planū est in litera. Ad euidentiā vnius p̄tis pono vnū exemplum: Pono q̄ in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debilitatem alicuius membri z sit saturnꝰ in ariete. Dico q̄ illa debilitas vel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas i vētre z sic intelligas de ceteris signis. Pono ēt q̄ mars in natiuitate intelligas de reuolutione annoꝝ. natiuitatis significauerit vulnerationē z sit mars in ariete erit vulnꝰ in capite. Si in tauro erit vulnus in collo: z sic de ceteris signis z planetis intelligas. Ptolemeus vult q̄ mēbra in q̄bus cadunt morbi z̄. impedimēta accipiuntur a figura celi in hora natiuitatis vel reuolutionis. Dicit enim in. 74. propositione centiloquij cū fuerit mars in ascendente alicuius natiuitatis erit cicatrix in facie vel capite nati. Dicit enim Haly q̄ caput est ascendentis z secundū hoc collū est secunde domus. brachia tertie domus z sic p̄m ordinem domorum secundum q̄ dictum fuit de signis. De hac materia diffusius loquitur domino concedente in. capitulo sexte domus.

Sunt quoqz in vno quoqz signo. In ista parte auctor determinat de quibudam specialibus proprietatibus planetarū que sunt in diuersis gradibus circuli signorum z sunt sex. sunt enim ibi quidā gradus masculini z quidam feminini. Et sunt ibi quidam gradus lucidi z quidam tenebrosi. Etiam sunt ibi quidam gradus qui dicuntur putei. Et sunt ibi quidam gradus quidicuntur azemena. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur augmentantes fortunam. Et sunt ibi quidam gradus qui dicuntur confortes. Et secundū hoc ista pars potest diuidi in sex partes: quoniam in p̄ma parte enumerat gradus masculinos z femininos. In secunda parte enumerat gradus lucidos z tenebrosos z fumosos. In tertia parte enumerat gradus qui dicuntur putei. In quarta parte enumerat gradus qui dicuntur azemana. In quinta parte enumerat gradus qui dicuntur augmentantes fortunam z gradus sublimitatis. In sexta parte enumerat gradus qui dicuntur cōfortes. ¶ Prima pars incipit in principio. Secunda incipit ibi: z in vnoquoq; ho

rum signorū. Tertia incipit ibi: z in signis sunt gradus. Quarta ibi: z sunt in signis quidam gradus. Quinta ibi: z in circulo. Sexta ibi: z omnes duos gradꝰ. Prima pars potest diuidi in duas partes: quoniā in prima parte incipit enumerare gradus masculinos z femininos litteraliter. In secunda parte ponit tabulam de eis. Qđ dicit patet in litera. Postea dicit q̄ sunt gdā gradꝰ in circulo qui dicunt lucidi z gdam tenebrosi: z gdam fumosi z quidam qui vocant vacui. Et incipit primo eos enumerare. Et deide ponit de eis tabulā z patet. post ea dicit q̄ sunt in circulo quidaz gradus qui dicuntur putei. z enumerat illos omnes in littera. z quidā libri habent tabulam de eis factam. Deinde dicit q̄ in signis sunt quidam gradus qui dicuntur azemena Et dicit q̄ azemena est quedam debilitatio corporalis vt est cecitas vel surditas vel aligd talium vel amissio membri. Juxta quod notandū q̄ dicit Haly Abenragel in p̄mo capitulo domus sexte libri sui de natiuitatibꝰ. Quando pars azemena fuerit in partitione ascendentis z luna iuncta cum ea vel dominus ascendentis significat: q̄ azemena erit in illo membro nati quod cadit in partitione illius signi. Notandum est etiam q̄ si sol in natiuitate alicuius fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si luna erit in sinistro. Postea dicit q̄ sunt quidam gradus in circulo qui dicuntur augmentantes fortunam z enumerat eos in littera. Juxta quam partem notandus est quod Haly dicit in commento. 229. propositionis prime partis quadripartiti scire te conuenit q̄ gradus augmentantes fortunam sunt gradus exaltationis solis z planetarum fortunarum. scilicet 19 arietis. 3 tauri. 15 cancri. 27 piscium. Similiter sunt illi in quibus adiunguntur termini fortunarum. Et: scilicet. 13 sagittarij z: piscium. z sunt etiam gradus terminorum fortunarum Et gradus in quibus sunt stelle fixe de natura fortunarum. Et econtrario in quibus sunt stelle de natura infortunarum Et postea dicit q̄ omnes duos gradus qui sunt eiusdem longitudinis a capitibus signorum mobilium sunt eiusdem fortitudinis. Et dicuntur consortes scilicet. 20. gradus capricorni. z. 10. gradus sagittarij. Isti enim duo gradus equaliter distant a capite capricorni. z 20. libre. z 10. virginis equaliter distant a capite libre. Et. 20. cancri z. 10. geminorum equaliter distant a principio cancri. z 20. gradus arietis. z. 10. piscium equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. propositione prime partis. Astrologi ceteri multum locuti fuerunt de gradibus z diuiserunt eos in gradus lucentes lubricos z fumosos. Et sunt ex eis azemana: z sunt ex eis putei. Et locuti fuerunt de aliis multis sicut inuenies per multos libros astronomie. Et si hoc inuenerunt experientia bonum est q̄ operis per hoc. Et forsitam si eis accidit q̄ aliquis planeta vel stella fuit in gradu vel eius radius z fecit fortunam ceciderunt q̄ gradus hoc fecerit. Et siquidem ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. Et hic finem imponamus nostre rationi. Videtur per istam literam q̄ Ptolemeus non multum approbat gradus augmentantes fortunam z̄c. Dicit enim si ita est conuenit vt te mutes de vno gradu in alium. gradus enim dicuntur lucidi vel tenebrosi propter stellas fixas ibi existentes. Et vult Haly secundum q̄ preallegatum fuit q̄ gradus dicuntur augmentantes fortunam in quibus sunt stelle de natura fortunarum. Constat autem q̄ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci none sphere. Ex illa littera Ptolemei potest trahi q̄ iudicia debent fieri secundum nonam sphaeram z non secundum

octauā. Ex quo enim vult q̄ istos gradus oportet mutare: consequens est q̄ gradus sc̄m quos debent fieri iudicia nō mutant. Albumazar in introducto/rio suo pōit istos gradus. s. masculinos ⁊ femininos lucidos ⁊ tenebrosos ⁊c. Et dicit ibi si planeta i natiuitate vl' interogatiōe masculini fuerit in gradu masculino vel in natiuitate feminine vel iterrogatione in gradu feminino erit cuius significatio fortior. De gradibus lucidis. tenebrosis ⁊ fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido: erit ei⁹ significatio fortior in significatiōe honorum ⁊ significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem ⁊ tarditatez ⁊ horribilem rem ⁊ tenebrosam ⁊ malam. Et cum ceciderit in gradu fusco: vel vmbroso vel fumoso: vel in gradu vacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ⁊ aspectus ⁊ debilitat in significatione sua. Fortune namq; cum ceciderint in eos debilitant in significatiōe eaꝝ. Mali vero cuz ceciderint in eos debilitatur significatio eoꝝ. Et fortassis significabit fortunam accidentalē ꝓpter debilitatem eorum super malum. De gradibus augmētantibus fortunā dicit antiqui putauerunt q̄ in circulo erunt gradus augentes fortunā. Et dixerunt q̄ planete cum non fuerint i locis significātibus fortunā nati ⁊ fuerit luna vel pars fortune in his gradibus aut fuerint ipsi gradus ascendentis augent fortunam nati. Et si planete significauerint sibi casum. Isti gradus mouent eum in sublimationem per aliquā quantitatem quodam motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerunt q̄ cum ascendens fuerit aligs istoꝝ graduum: aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdam eorum ⁊ fuerit in loco optimo in figura. Et cum hoc significauerint planete radicis natiuitatis fortunā ꝓducet natū ad sublimitatem ⁊ sedem nobilitatis ⁊ dominabitur terris ⁊ ciuitatibus: ⁊ posidebit diuitias multas.

Et quia auxiliante deo. Prius auctor determinauit de esse circuli signoꝝ essentiali. Hic determinat de esse accidentali ipsius. Et diuiditur in duas ptes: qm̄ primo continuat dicta dicendis. Secundo prosequitur ibi: nam circulus signorum. Et illa diuiditur in duas partes: quoniam primo determinat de diuisione accidentali circuli signorum. Secundo determinat de proprietatibus ⁊ significationibus consequentibus ipsam diuisionem: ⁊ incipit ibi: quarta autem pars que est ab ascendente. Et ista diuiditur in duas partes: quoniam primo ponit proprietates ⁊ significationes quartaꝝ. Secundo ponit significatiōes singulaꝝ domoꝝ: ⁊ illa incipit ibi: ⁊ vna queq; domoꝝ. Primo dicit postq̄z compleuit esse essentiale circuli signoꝝ. nunc vult tractare de eē accidentali ipsi⁹. Postea dicit q̄ circulus figuratur qualibet hora tali figura que diuiditur in q̄ttuor partes quas diuidit circulus horizonte ⁊ circulus meridianus. Et quelibet istarum quartaꝝ diuiditur in tres ptes equales ꝑm diuisionē signi ascendentis in circulo directo. Et hoc mō diuidit totus circulus in. 12. ptes que vocantur turres vel domus: cuius expositio est in canonibus tabulatum. Intelligendi sunt duo circuli magni trāseūtes p polos mūdi: quoꝝ vnus est circulus meridianus: ⁊ alter circulus transiens p punctū zodiaci q̄ est in contactu orizontis orientalis: ⁊ per punctum oppositum. s. qui est in contactu orizontis occidentalis intersecās circulum meridianum sup polos mūdi. Isti duo circuli diuidunt totum celum in quattuor partes que quandoq; inter

te sunt equales quandoq; inequales: vt plurimum tamen sunt inequales. Si enim principium Arietis vel principium libre fuerit in ascendente. Iste quarte sunt equales. In omnibus autem alijs dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulum meridianum z circulum transeuntē per initium ascendētis diuidi in tres ptes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendēte vsq; ad inferiorem partem circuli meridiani. s. ad angulum terre intelligat diuidi i tres partes equales. Deinde imaginētur circuli magni transeuntes p diuisiones pdictas z p polos mūdi tunc portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos primos est vna dom⁹. Hec est positio Ptolemei: z ista tenet cōiter. Est etiam alia imaginatio de domibus quā tenet Abzahā auenezre. Et imaginat transire circulos p diuisiones equinoctialis: z per intersectiones circuli meridiani z horizontis in ptes septentrionis. Ista via cōmuniter nō tenet: ideo nō curo eam multum explanare. Inuenire autem principia. 12. domorum astrolabium non est difficile: immo leue. cuius doctrinaz hic interponere esset longum z superfluū cū in canonibus astrolabij fuerit posita sufficienter. Qui autem voluerit domos equare p tabulas in canonibus tabulaz primi mobili: z doctrinā completam inueniet. Deinde dicit auctor principiū huius diuisionis est ascendens cuius initium est in puncto hemisperij ex parte orientis. Deinde sequitur secunda domus: deinde tertia: z sic vsq; ad duodecimam.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit proprietates z significationes circuli signorum cō sequentes diuisionem eius accidentalem. Et dicit q̄ quarta pars circuli que est ab ascendente vsq; ad medium celi scilicet. 12. domus. 11. z 10. dicit quarta orientalis masculina aduenies. Et significat initium vite z vocatur pueritis sanguinea. Et alia quarta est a medio celi vsq; gradum occidentis scilicet. 9. 8. z. 7. domus dicitur meridiana feminina recedens a nobis: z significat mediam etatem que vocatur perfectio iuuentutis: z vocatur estiualis z coleri-ca. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq; ad angulum terre scilicet 6. 5. z. 4. domus est occidentalis masculina accedens ad nos: z significat finē vite: z vocatur autumnalis melancolica: z est mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq; ad ascendens scilicet tertia secunda z prima domus est septentrionalis feminina recedens a nobis: z significat quod accidit homini post mortem eius quantum ad memoriam hominum scilicet virum dicatur de ipso bonum vel malum. Et hec pars vocatur senilis flegmatica defectiua z hyemalis. Et est recte comparatio quā auctor ponit hic sicut illa quā posuit in diuisione essentiali circuli. excepto qō addit hic q̄ significant initium z mediū z finez vite: z quid accidat homini post mortem eius. Postea dicit q̄ tota illa medietas que est a medio celi eundo p ascendens vsq; ad quartam domuz vocatur medietas ascendens. Et alia meditas que est a quarta domo eundo per gradum occidentis vsq; ad mediū celi vocatur ascendens. Et tota medietas q̄ est super terrā vocat dextra: z illa que est sub terra vocatur sinistra. Deinde dicit q̄ prima domus z. 4. z. 7. z. 10. vocantur anguli. Et. 2. 5. 8. z. 11. vocant succedentes angulis. 3. autem. 6. 9. z. 12. vocantur cadentes ab angulis. Deinde addit quoddam notabile: z dicit cum planeta fuerit in angulo vel in succedente dicitur proficere: z si fuerit in cadentibus dicitur deficere.

Q Tvnaqueqz istarum domorũ. Hic auctor ponit significationes proprias cuiuslibet.12.domorũ. Et tota ista pars põt diuidi in quattuor:quoniã in prima parte ponit significationes.12.domorum quantũ ad esse hominũ. In secunda parte ponit significationes domorum quantum ad colores. In tertia parte ponit quasdam regulas que possunt dici amphorismi. In quarta parte docet eligere significatores. Prima incipit in principio. Secunda incipit ibi:significant:z.12.domus colores. Tertia ibi:z dicitur in significatione domorum. Quarta ibi:z cum volueris scire planetaz dominatorem rei. Prima pars potest diuidi in duodecim partes secundũ qꝫ ponit significationes.12.domorũ:z vbi incipiunt patebit. Primo dicit qꝫ vnaqueqz domus significat aliquid de esse hominũ. Nam prima domus que incipit ab horizonte orientali que vocatur ascendens significat corpora hoium z vitam initia omniũ operũ in interrogationibus z locutionibus z rumoribus z ceteris talibus. Et significat cogitationẽ querentis scilicet qõ querens hz in animo z significat principiũ vite. Et dñs triplicitatis prime domus: primus significat vitam z naturã nati seu interrogantis:z eius delectationes atqz voluntates quid diligat vel quid odio habeat:z quid boni vel mali accidat ei in initio vite. Et secundus dñs triplicitatis huius domus significat vitã z corpus z virtutez siue fortitudinẽ nati z mediũ vite. Tertius dñs triplicitatis significat idem qꝫ socij z significat p se finẽ vite. Et ista littera põt colligi qꝫ si primus dñs triplicitatis huius domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite melior:z sic de alijs duobus intelligas. Circa istam domũ quedaz sunt notanda. Notandũ est primo de intentione querentis qõ dicit Ptolemeus in.94.propositione centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascendẽte est id qõ est i animo interrogantis. Jõqz cũ volueris scire intentionẽ q̃rentis:vide quis planetarũ hẽat plures fortitudinis i ascendẽte in illa hora qñ venit ad te animo interrogandi:z vide in qua domo ex.12.domib⁹ sit ille planeta.z dicas ꝑm significationes illius dom⁹ in qua fuerit. Verbi gra. Pono qꝫ ascẽdens sit leo z sol hẽat plures fortitudines in gradu ascendẽte:z pono qꝫ sol sit in.2.domo dico qꝫ intentio sua est petere de substãtia sua vel de lucro:vel de aliquo consimili. Et si sol fuisset in terra domo dixissem qꝫ vellet petere aliqd de esse fratris vel fratrum z sic de alijs domib⁹ suo mõ. Et si venẽs ad te tenuerit aliquã rem in manu sua vel alio modo eam occultauerit:z si volueris scire substantiam z naturã illius rei aspice planetã fortiorẽ in ascendente si aspexerit ascendens erit illa res de substantia signi ascendentis. Si nõ aspexerit ascendens erit de substantia signi in quo est planeta. Si fuerit signum terreum:erit de natura terre vel aliqua res q̃ nascit de terra. Si fuerit signũ aquaticũ:erit aliqua res de nã aque:vl q̃ nascit in aq̃. Si fuerit aereũ:erit aliq̃ res de nã aeris. Si fuerit signũ igneũ erit aliq̃ res q̃ operat ꝑ ignẽ. Et si volueris scire colorez rei aspice dñm hore z ꝑm colorẽ illius iudica. De coloꝛib⁹ planetaꝝ dicet postea vbi loquet de naturis planetaꝝ dño cõcedẽte. Et si volueris scire vtrũ res si noua vel antiq̃ aspice lunã:si fuerit sup terrã erit noua.si fuerit sub terra erit antiq̃. Et si volueris scire vtrũ sit lõga vel breuis:aspice dñz termini grad⁹ anguli terre q si fuerit in auge sui circuli erit res lõga. Si fuerit in oppositio augis erit breuis. Si in lõgitudinib⁹ medijs mediocris iter longũ z breue. Hec ẽ snia Ptolemei in

go.ppõne cẽtiloquij. Cũ aspexerit significatoꝛ ascẽdẽs ꝛ cẽ Dicit Haly Abenra gel si aliqs q̃sierit a te de vita sua vtrũ sit lõga vel breuis:aspice dñm ascẽdẽtis ꝛ lunã. Si fuerit salui ab infoꝛtunis significãt lõgã vitã. Et si fuerint cõbusti vel infoꝛtunati significãt puã vitã. Notãdũ ẽ circa nutritionẽ.s. vtrũ puer sit vital vel nõ. Dicit Haly Abẽragel q̃n dñi triplicitatis luminaris tẽporis vult dicere dñi triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natiuitas diurna vel signi lune in natiuitate nocturna fuerint i ascẽdẽte:vel in 10.domo:vel.11.vel.5.est significatio bone ac leuis nutritionis. Et si fuerint in septima:significãt malã nutritionẽ ꝛ anxiã atq; laboꝛiosam. Q̃n gradus ascẽdens ꝛ luminare tpis dãnati fuerint:significat q̃ nõ nutrietur nisi dñi triplicitatis fuerint salui ꝛ firmi i angul. Q̃n luna fuerit infoꝛtunata in ascendẽte:nutritionẽ nõ significat. Q̃n luna fuerit in.4.domo iuncta coꝛpoꝛaliter cũ infoꝛtũa aut de q̃rta vel oppositõe aspicit infoꝛtunã significat q̃ nõ nutriet ꝛ mater eius ẽ in piculo:aut foꝛsitã moꝛiet. Dicit Abrahã Auenezre. Si dñs ascendẽtis fuerit cõbustus natus nõ viuet spaciũ 8.dieꝛ. Poꝛtata fuit mihi natiuitas vnius pueri cuius ascendens erat virgo ꝛ Mercuri⁹ fuit in piscib⁹ in detrimẽto suo retrograd⁹ ꝛ cõbust⁹.ꝛ ego credidi huic dicto ꝛ dixi q̃ puer nõ viueret p octo dies ꝛ moꝛtuus fuit in sexta die. Dicit Haly Abẽragel:cõiunctio planetaꝛ humanitatẽ nõ significat. Vult dicere cõiunctio pluriũ planetarũ in ascẽdẽte nõ sigt nutritionẽ. Et ponit ibi vnũ exẽplũ notabile. Dicit vocauit me rex nostre ciuitatis:ꝛ vna ex mulieribus peperat filiũ ꝛ fuit ascendens libra.8.gradus terminus Mercurij:ꝛ fuerũt in eo Jupiter Venus Mars ꝛ Mercurius ꝛ cõuenit ibi vna societas astrologoꝛuꝫ ꝛ glibet eoꝛũ suã opinionẽ dixit:ꝛ ego ta cui. Rex dixit mihi quid habes q̃ nõ loqueris. Cui respondi date mihi terminũ trium dieꝛũ:quia si filius vester trãsierit tertium diem erit de ipso miraculum magnũ. Et quando natus cõpletas habuit.14.hoꝛas posuit se ad loquendum:ꝛ locutus fuit ꝛ fecit signum cum manu ꝛ rex multum.expauescebat inde. Et dixit possibile esse q̃ diceret aliquã prophetiam:vel aliquod miraculum. Et rex tuit ad natũ:ꝛ nos cum eo ad audiendum quid diceret. Et infans dixit:ego sum natus infoꝛtunatus ꝛ natus suꝫ ad iudicandũ amissionẽ regni ꝛ destructionem gentis almanam. Hinc statim cecidit natus ꝛ moꝛtus est. De his qui moꝛiuntur ante q̃ recipiunt cibuꝫ dicit Ptolemeus in quadripartito.generaliter dico q̃ q̃n aliquid luminare fuerit in aliquo angulοꝛũ ꝛ fuerit similiter aliqua infoꝛtuna participationẽ habẽs cum eo in longitudine que fit cum eo gradu per gradũ:vel ipsum aspiciẽs in figura duoꝛum alterum equalium. Nec habuerit cum eo foꝛtuna participationem de figura. Et dispositoꝛ luminarium loci inuentus fuerit in locis planetaruꝫ in foꝛtunarum natus ille non recipiet cibum ꝛ moꝛiet hoꝛa qua nascetur: Dicit abrahã cum fuerit cauda dꝛaconis in ascẽdẽte natiuitatis nat⁹ ille erit cecus ꝛ scdz distãtiã et⁹a gradu ascendẽtis erũt ãni. Verbi gra:si fuerit in.10.gradu ab ascẽdẽte cecabit in.10.anno. Electiones hui⁹ dom⁹ sunt inceptiones rerũ.sicut icipere edificare vel aliqd cõsil'e. Dicit hyspalẽsis in electionibus ꝓme dom⁹. Si scueris natiuitatẽ alicuius caueas in electione sua ne ponas signuz in ascendente in quo fuit infoꝛtuna in sua natiuitate. Si aũt ignoꝛaueris natiuitatẽ elige scdam nãm rei pro qua fit electio.verbi gra:si fit electio pro icipiẽdo scribere aliquẽ libꝛũ foꝛtificet mercurius. Si pro eundo ad belluz foꝛtificet mars. Si si pro edificãdo ponat signũ fixum in ascẽdẽte. Dicit idẽ hyspalensis

volens horã sanguinis minuendi eligere fac vt sit luna i trino vel sextili aspectu martis: z caue ne sit coniuncta cum eo corpalr vel in quarto vel in opposito eius. ¶Et fac vt sit luna in signo humoris minuendi

Secunda domus.

Hic auctor ponit significationes secunde domus. Et dicit q secunda domus significat substãtiã z victũ z auxiliatores z ministros z significat finẽ iuuentutis. Et Anduzgã dixit vide quis ex tribus dominis triplicitatis domus substantie sit fortior in se.i.in loco in quo est in figura z hñt facies significatorẽ substantie. Qui si fuerit in decima domo hẽbit substantiam a rege. Et si fuerit in domo fiducie.i.in vndecima erit melius. Alia littera hẽt si fuerit in domo fidei erit magis. Credo qõ prima littera sit vera. Domus enim fiducie est domus substantie regis. Et primus dominus triplicitatis dat substantiã in principio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues in principio vite. secũdus dat substantiã in medio vite: qui si fuerit fortunatus erit natus diues i medio vite: tertius dat substantiã in fine vite. qui si fuerit fortunatus natus erit diues in fine vite. Et similiter itellige de infortunijs eorũ ideſt si aliquis eoz fuerit infortunatus amittet natus substantiã in illa pte vite que ei attribuit. Dicit hyspalensis in canonibus huius dom⁹ considera virum dñs scõe domus sit in ascendente vel dat vim suam domino ascendentis z nõ sit in domo lapsa si sic hẽbit lucrum sine laboze. Et si econtra fuerit sit econuerso. Et si Jupiter fuerit in natali angularis vel sit in suo honoze vel hẽat vim in ascendente vel consideret partem fortune: vel sit dñs domus solis in natali diei: vel dñs domus lune in natali noctis: vel sit dñs hoze nõ deerit nato census in vita sua: quia hic ideſt Jupiter est dñs substantie. Si vero dñs ascendentis aspiciat dominũ substantie vel suam domum vel partem fortune aspectu inimicicie destruet substãtiam manu sua propria. Si dominus ascendentis fuerit in secunda domo ifortunatus dabit proprio velle substantiam suã. Si vero sit ibi planeta infortunatus qui nõ sit dñs ascendentis capietur ab ipso vi siue furto. Si capricornus sit ascendens natus erit cupidus z auarus: qz dñs ascendentis z dominas secunde sunt idem scilicet saturnus. Dicit Ptolemeus in canonibus huius domus res pertinentes ad lucra substantie quomodo erunt conuenit nobis pquirere a parte fortune solummodo quã scimus semper per id quod est inter solem z lunã z proijcitur ab ascendente in nascentibus de die z in nascentib⁹ de nocte. Juxta quod notandum est qõ pars fortune secundum Ptolemeum proijcitur hoc modo. subtrahatur verus locus solis a vero loco lune z quod remanserit cõputatur a gradu ascendẽtis z vbi numerus finitur ibi est partes fortune hoc mõ iubet Ptolemeus semp facere siue fuerit in die siue in nocte. De hoc proli xius dicetur deo cõcedente in expositiõe quinte differentie. ibi enim hz locus. Postea dicit Ptolemeus iudiciũ huius est istius manerici. Volo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi Haly qõ regula p quam scimus nati diuitias est accipere planetas gubernantes locũ partis fortune z ppones illũ qui habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus z qñ gubernatores partis fortune fortes z potentes fuerint: erit natus magnarũ diuitiarũ maxime si duo luminaria testificabuntur ibi testimonio cõcordato: id est aspectu trino vel sextili. Ptolemeus scias qõ Saturnus significat qõ diuitie nati erunt ex parte mulierũ: aut pro laboze terre: aut p maria. Et Jupiter significat

quod diuitie erunt pro senescalia vel pro donis bonorum ⁊ religiosorum. Et Mars significat quod diuitie erunt producendo milites: aut gubernando homines armorum. Et Venus significat quod diuitie erunt pro donis amicorū ⁊ mulierum. Et ☿ Mercurius significat qđ diuitie erunt pro scientijs ⁊ mercimonijs. Dicit Haly abēragel debemus in hoc primitus inspicere ad stellas fixas que sunt prime in scē magnitudinis. Et si aliquā earū inuenerimus in gradu ascēdēs: vel in gradu decime domus: aut in gradu septime: aut in gradu quarte: aut in gradu solis si natiuitas fuerit diurna: vel i gradu lune si natiuitas fuerit nocturna. Et melior horuz locorū omniū est gra. ascēdens. deinde gra. 10. domus: deinde gradus septime: deinde quarte. Et si de p̄dictis stellis fuerit in duob⁹ locis: vel in tribus: aut plurib⁹ si natus fuerit cum hoc de ꝑgenie regis erit rex altus. Et si de ꝑgenie regali nō fuerit: habebit potentiā ⁊ mādatū simile potentie ⁊ mandato regis ⁊ pueniet ad magnam nobilitatem ⁊ altū dīnium ⁊ precipiet ciuitatibus villis ⁊ genti. Et scias qđ stelle fixe. ſ. primi honoris eleuant hominē ad altuz gradum ⁊ magnam dignitatē ⁊ permutāt de infimo ad supremum. Hoc idem dicit ptolemeus in. 29. ꝓpositione centiloquij. stelle fixe dant dona modum excedentia: sed multotiens finiunt in malum. Dicit Haly in cōmento eiusdem propositionis cum he stelle sole prefuerint: idest fine testimonio fortunarū planetarum erit moꝛs illoꝛum moꝛs pessima. Dicit Haly Abenragel quando pars fortune fuerit cadēs: ⁊ in malo loco: vel fuerit sub radijs solis: aut in radijs infortune ⁊ dominus eius in loco peregrino idest in loco in quo nullam habet dignitatem ⁊ dominus secunde domus non aspexerit ascēdens: natus erit laboꝛiosus ⁊ pauper ⁊ anguſtia ⁊ miseria vita viuet. Non est bon⁹ sol neq3 mars neq3 saturn⁹ in secūda domo in aliqua natiuitate nec inde natus bonū hēbit: qm̄ sol distruet planetas: ⁊ aufert eis lumē: ⁊ mars est significatoꝛ impedimentoꝛum laboꝛum ⁊ defectus substantie. Saturnus significat paupertatez ⁊ indigentiā ⁊ peius hoc toto est si dīus dom⁹ substantie fuerit cōbustus cū dānatione ptis foꝛtūe. Dicit abzabā auenezre si volueris scire quis nascentiuz fuerit pauper vel diues aspice dīum secunde domus qui si fuerit foꝛtunatus erit diues: si cōbustus vel retrograd⁹ vel in casu suo erit pauper: sicut dictuz est in natiuitatib⁹ ita intellige de questionib⁹. De electionibus que fiunt in hac domo dicit hyspalensis si volueris emere aliquaz rem causa lucrandi aspice vt sit luna in aspectu trino vel sextili soli: ⁊ causas ne sit sub luce Solis: ⁊ melius est: vt dominus ascendentis det vim planete existenti in decima vel vndecima domo: ita quod recipiens non sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendente quartadecima vel vndecima vel secunda domo bonū est. Aspice etiam vt sit pars foꝛtune in bono loco ⁊ melius est vt dominus partis eam aspiciat vel Luna vel Sol.

TErtia domus. Hic ponit significationes tertie domus: ⁊ dicit quod tertia domus significat fratres ⁊ sozores propinquios ⁊ cognatos ⁊ dilectos: ⁊ significat fidem ac religionem mandata ⁊ legationes mutationes: ⁊ itinera breuia. Et significat esse vite ante moꝛtem. Et dicit Anduzgaz dominus triplicitatis huius tertie domus primus significat fratres maioꝛes. Secundus mediocres. Tertius minoꝛes: ⁊ eoꝛum status ⁊ dignitas iudicatur secundum status istoꝛuz dominoꝛ. Dicit Haly Abenragel quando sol fuerit dominus tertie domus ab ascenden

iice a.13.gradu tauri. ille enim fuit ascendens anni supradicti: z vbi perduxe
rit te numerus ibi erit profectio anni. Verbi gratia: anni christi sunt numero.
1330. completi: z.22.dies ab illis subtraham.1324.annos z.17.dies. z rema
nerit.5.anni perfecti z.316.dies anni imperfecti: dabo primum annum tauro
incipiendo a.13. gradu eius ꝑm signo geminorum incipiendo a.13. gra. eius
tertium cancro. quartum leoni incipiendo a.13.gradu eius. quintum virgini
incipiendo.a.13.gradu eius. venit ergo profectio.6.ãni mũdum perfecti ad li
bram ad.13.gradum. Et si volueris gradum in quo est perfectio diei vltimi ex
diebus qui transierunt de anno imperfecto multiplica numerum dierum an
ni perfecti per.30. z productum divide per.365. z numerus quotiens erit gra
dus. Si autem aliquid remanserit post divisiõez multiplica illõ p. 60. z divide
ꝑ idẽ quod prius z numerus quotiẽs erit minuta. verbi gratia. in ꝓposito exẽ
plo remanserunt de anno imperfecto.316. dies quos multiplicabo per.30. z
prouenient.9480.quem numerum dividam per.365. z exibunt.25 gradus z re
manent post divisionem.355. que multiplicabo per.60. z prouenient.21300. z
dividam per.365. z exibunt.58. minuta addam ergo super.13. gradum libre.15.
gradus z.58.minuta z prouenient numerus vsqz ad.8.gradus z.58. minuta scoz
pionis: ibi ergo nunc est profectio ab ascendente anni mutatiõis coniunctio
nis ad triplicitatem aeream.

Significator ad quẽlibz locum cir

QTerhoc directio. In hoc capitulo auctor docet diri
gere significatorem quemlibet ad
quemlibet locum circuli. Intelligenduz est primo quod directio siue
dirigere significatorem ad quemlibet locum circuli nihil aliud est quam inue
nire gradus equinoctialis qui reuoluũtur a loco significatoris vsqz ad locum
ad quem debet dirigi. Si locus significatoris fuerit in medio celi vel in angu
lo terre tunc dirigere est inuenire gradus equinoctialis qui reuoluuntur a lo
co significatoris vsqz ad locum quem debet dirigi in orizonte recto. Si autem
fuerit in ascendente vel in occidente tunc est inuenire illos gradus in orizon
te obliquo. Si autem non fuerit in aliquo horum locorum tunc accipiuntur

ascensiones mixtim scilicet miscendo ascensiones circuli directi cū ascensionibus regionis: proportionaliter tamen ſm distantiam loci significatoris ab angulis: z gradus directionis quandoq; significant annos quandoq; dies qñq; alia tpa. In natiuitatib⁹ qlibet gradus significat annū. In reuolutiōib⁹ ānozuz mundi z natiuitatum quilibet gradus significat diem. Et quidā volūt quod in reuolutionibus annozum. 59. minuta z. 8. scōa scilicet motus solis in vno die significant vnuz diem. In contūctionibus solis z lune z in oppositionibus secundum quosdam quilibet. 13. gradus. 10. minuta scilicet quantum luna mouetur in die per medium cursum significāt diez. Cū ergo volueris significatorem aliquem dirigere ad quēcunq; locū circuli ſi significator ille fuerit in gradu medij celi vel in angulo terre subtrahe ascensiones circuli directi grad⁹ significatoris ab ascensionib⁹ circuli directi loci ad quē vis dirigere z remanēt gradus directionis. Si vero significator fuerit in ascendēte aut occidēte subtrahe ascēsiones circuli obliqui gradus significatoris ab ascēsionib⁹ ciruli obliqui ad quemvis eum dirigere z remanēt grad⁹ directionis. Exēplū quādo est in medio celi. Pono quod luna sit in medio celi in. 5. gradu aquarij z pono q radij oppositi saturni sint in. 6. gradu piscium. Ponam quod vellim dirigere lunam ad radios oppositos saturni. Quesiui igitur ascensiones gradus lune in circulo directo z inueni. 37. gradus. 23. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus piscium vbi sunt radij oppositi saturni in eodem circulo directo z inueni. 67. gradus. 48. minuta Deinde subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus radiorum saturni z remanserunt. 30. gradus. 25. minuta. illi essent gradus directionis in hoc casu. Exemplum quando est in ascēdēte. Pono quod luna sit in eodem. 5. gradu aquarij z radij saturni in. 6. piscium Quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo in regione cuius latitudo est. 48 graduum. z inueni. 330. gradus. 22. minuta. Quesiui etiam ascensiones sexti gradus piscium z inueni. 348. gradus. 31. minuta. subtraxi ascensiones lune ab ascensionibus gradus radiorum saturni z remanserunt. 18. gradus. 9. minuta illi essent gradus directionis in hoc casu. hoc eodem modō dirigitur gradus ascendēs ad quemlibet locum circuli. Si vero significator dirigendus fuerit sexta hec loca tunc ſi fuerit in ter medium celi z ascēdens vide distantiaz eius a medio celi subtrahendo ascensiones gradus medij. circuli in circulo directo ab ascēsionibus gradus significatoris quam distantiam serua. Deinde scias medietatē arcus diurni gradus significatoris per modum dictum in capitulo de radiatiōibus z serua eam. Deinde subtrahe ascensiones circuli directi gradus significatoris ab ascensionibus circuli directi loci ad quez vis eū dirigere z q remāserit erit significator circuli directi serua eum. Deinde subtrahe ascēsiones gradus significatoris in circulo obliquo ab ascensionibus loci ad quem vis eū dirigere in eodez circulo obliquo z q remāserit est significator regionis. Deinde subtrahe significatorem minorem de maiori z diam multiplica per distantiam ab angulo medij celi z productū diuide per medietatem arcus diurni z p ueniet ps proportiōalis qz adde sup significatorē circuli directi ſi fuerit minor significatore regionis: vel subtrahe ſi fuerit maior z q puenerit erit grad⁹ directiōis. Si autem velles dirigere cōtra successionē signoz ſicut dirigunt ptes z planete retrogradi. ſ. pcedendo ab ascēdente versus mediū celi tūc debes ac

cipere distantiam significatoris ab ascendente per ascensiones regionis z de-
bes addere partē ꝓportionalē dīe duoꝝ significatorū sup significatorē regio-
nis: si ille erit minor significatore circuli directi aut subtrahere ab eo si eēt ma
ior. in alio nō differt opus. Si āt significator dirigēdus fuerit iter ascēdēs z an-
gulū terre: vide distantiā gradus sigīoris ab ascendēte subtrahendo ascēsiones
gradꝰ ascēdēs regionis ab ascēsionibꝰ gradꝰ significatoris regionis z serua
distātiā. Deinde scias medietatē arcus nocturni gradꝰ significatoris ꝑ modū di
ctū in ope radationū quā ētserua. Deinde subtrahe ascēsiones gradus signifi-
catoris in circulo obliquo ab ascensionibꝰ loci ad quē vis eū dirigere in eodē
circulo obliquo z qđ remāserit est significator regiōis quē serua. Deīde subtra
he ascēsiones gradus significatoris circuli directi ab ascēsionibꝰ circuli directi
loci ad quē vis eū dirigere z qꝫ remāserit erit significator circuli directi. deīde
subtrahe minorē de maiori z remanebit dīa duorū significatoꝝ: quā multipli
ca distantiā gradus significatoris ab ascēdēte z ꝓductū diuide ꝑ medietatē ar
cus nocturni gradꝰ sigīoris z prouenīet pars ꝓportionalis quā adde sigīori
regionis si fuerit minor sigīore circuli directi: vel subtrahe a sigīore regionis
si fuerit maior sigīore circuli directi: z post additionē: vl subtractionē prouene
rit sunt gradus directionis. Si vero volueris dirigere cōtra successionē signo
ruꝫ. s. procedēdo ab angulo terre versus ascēdens: tunc debes acciperere distā
tiaꝫ sigīoris ab angulo terre per ascēsiones circuli directi z multiplicare illā ꝑ
dīaꝫ duoꝝ significatorū z diuidere ꝑ medietatē arcus diurni vt prius dictū est
z partē ꝓportionalē debes addere ad significatorē circuli directi si fuerit mi-
nor sigīore ragionis. Uel subtrahere si fuerit maior in alio nō differt opus. Si
aūt significator dirigendus fuerit inter angulū terre z gradū occidentis ope-
rari debes cū gradu oppositō significatoris z eū gradu oppositō loci ad quem
vis eū dirigere z ꝑ distantiā gra. oppositi significatoris a medio celi: z ꝑ media
tatez arcus diurnū gra. oppositi significatoris gra. enim oppositus significato
ris tm distat a linea meridiana quātū gra. significatoris ab angulo terre: z me-
dietas arcus diurni gra. oppositi est tanta q̄ta est medietas arcus nocturni si-
gnificatoris. z est tunc idez opus qꝫ fuit inter mediū celi z ascendens. Si vero
sigīor dirigendus fuerit iter angulū occidēs z mediū celi debes operari sīr
ꝑ gradū oppositū significatoris z ꝑ distantiā eiusdē ab ascēdente z ꝑ medietatē
arcus nocturni eiusdē gradus oppositi z ꝑ gradū oppositū loci significatoris
ad quē dirigendus est: z est eiusdē operatio sicut fit inter ascendens z angulū
terre. Si vero cōtingat qꝫ significator dirigendus sit in vna quadra z locus ad
quem debet dirigi sit in alia quadra. Uerbi gratia: significator sit inter mediū
celi z ascendens: z locus ad quē debet dirigi sit inter ascendens z angulū ter
re tunc debes dirigere vsq; ad angulum z postea dirigere angulum vsq; ad lo
cum ad quem debet dirigi z iungere has directiones insimul. Diriges autem
significatorem prius dictum: ita qꝫ accipias distantiam significatoris ab angu-
lo qui est retro ipsum in ordine signorum sicut si fuerit inter angulum mediī ce
li z ascendens accipies distantiam eius ab angulo mediī celi Et si fuerit in-
ter ascendens z angulum terre accipies distantiam eius ab ascendente ac-
cipies etiam medietatem arcus diurni vel nocturni gradus significato-
ris vel eius oppositi per modum prius dictum: z angulum ad quem vis di-

rigere accipiens pro loco ad quem debet dirigi: & teneto ordinē prius dictum. Illā directione facta dirriges angulum p modū prius dictū qñ significator fuerit in aliquo angulorū vsq; ad locum ad quē dz dirigi significator & addes vnā directiōem cum alia: & puenīēt gradus directiōis. Auctor in littera dicit quod debet accipi distantia significatoris ab angulo & illa debet diuidi per partes horarum graadus significatoris & prouenīēt hore distātie significatoris ab angulo & dicit quod dz accipi sexta pars differentie duorum significatorum quaz sextam partem iubet multiplicare per horas distantie significatoris a meridie: & prouenīens iubet addere ad significatorez circuli directi vel subtrahere per modum dictum. Sed modus quē posui est leuior & planior. In modo enim auctoris oportet accipere distantiam ab angulo per eundem modum quem ego posui & vltra hoc oportet querere partes horarum gradus significatoris: & postea diuidere distantiam ab angulo per partes horarū gradus significatoris & quod prouenerit tenere. Oportet etiam secundum modū suum querere significatorem circuli directi & significatorem regionis per eundem modum quez posui & etiam differentiam duorum significatorum: & vltra hoc oportet illam differētiam diuidere per sex ad hoc que habeat. 6. pars eī⁹. Cū in multitudine operationum faciliter cadat error videtur mihi modus quē posui certior. Exēplum quando significator est inter medium celi & ascendens & locus ad quem debet dirigi in eadem quadra scilicet inter medium celi & ascendēs. Dono q luna sit hylech & sit in quinto gradu aquarij & pono quod radij oppositi saturni & idem esset de corpore: sint in sexto gradu piscium: & pono quod angulus medij celi sit. 20. gradus capricorni. Ad dirigendum lunam ad radios saturni quesiui primo ascendens gradus medij celi in circulo directo & inueni. 21 gradus & 39. minuta subtraxi ascensiones gradus medij celi ab ascensionibus gradus lune: & remansit distantia lune a medio celi. 15. gradus. 44. minuta. Deinde quesiui ascensiones gradus lune in circulo obliquo & inueni. 330. gradus 22. minuta quesiui etiaz ascensiones gradus oppositi loci lune. 104. gradus & 30. minuta a quibus subtraxi ascensiones gradus lune: sed quia non potui subtrahere eo quod ascensiones gradus lune erant maiores ascensionibus gradus oppositi addidi ascensionibus gradus oppositi lune. 360. gradus & prouenerunt. 464. gradus. 30. minuta: deinde subtraxi & remanserunt. 134. gradus 8. minuta & hoc fuit totus arcus diurnus gradus lune quem mediauī & fuit medietas. 67. gradus & 4. minuta. Seruaui itaq; distantiam lune a medio celi & medietatē arcus diurni lune. Deinde subtraxi ascensiones gra lune in circulo directo que fuerint. 37. gradus. 23. minuta ab ascensionibus gra. radiorum saturni in eodem circulo que fuerunt. 67. gra. 48. minuta & remanserunt 31. gradus. 25. minuta: & hoc fuit significator circuli directi seruaui itaq; eum. Deinde subtraxi ascensiones gra. lune in circulo obliquo qui fuerunt. 330. gradus. 22. minuta ab ascensionibus radiorum saturni in eodem circulo obliquo qui fuerunt. 348 gradus. 31 minuta & remansit significator regionis qui fuit 18 gradus. 9. minuta. Deinde subtraxi significatorem regionis a significatore circuli directi & remansit differentia duorum significatorum que fuit. 12. gradus. 16. minuta. Deinde multiplicaui istam differentiam per distantiam lune a medio celi & diuisi per medietatem arcus diurni gradus lune & prouenit pro proportio-

nalis que fuit.2.gradus.25.minuta.38.ſa quam partem proportionalem etiam
ſubtraxi a significatore circuli directi quia fuit maior significatore regiõis ꝛ re
manſerunt gra.directionis qui fuerunt.27.gradus.32.minuta.21.ſcõo.accepi
pro quolibet gradu vnum annum ꝛ pro quibuſlbet minutis.5. reſiduis vnum
menſem.ꝛ pro quolibet minuto.6.dies:ꝛ ꝑ quolibet ſcõo.6. minuta diey cum
completum fuerit hoc tempus a tempore natiuitatis cuiꝰ figura fuerit hoc mõ
diſpoſita morietur natus. Quando vero ſignificator eſt inter aſcendens ꝛ an
gulum terre operaberis cum diſtantia ab aſcendente et cum medietate arcus
nocturni:ꝛ non differt in alio. Cum volueris dirigere contra ſucceſſionem ſi
gnorum ſi ſignificator fuerit inter mediũ celi ꝛ aſcendens operaberis cũ diſtã
tia ab aſcendente ꝛ cum medietate arcus diurni. Si ſignificator fuerit inter an
gulum terre ꝛ gradum occidentis operaberis cum oppoſito gradus ſignifica
toris ꝛ gradu oppoſito loci ad quem vis dirigere:ꝛ tunc eſt opus tuum inter
medium celi ꝛ aſcendens. Et ſi ſignificator fuerit inter gradum occidentis ꝛ
medium celi operaberis ſimiliter cũ gradibus oppoſitis:ꝛ tunc eſt opus tuus
inter aſcendens ꝛ angulum terre. ¶ Nota tamen ꝙ ſecundum modum dictus
diriguntur ſignificatores quando nõ habent latitudinem. Quãdo autez ſigni
ficatores habent latitudinem difficilior eſt modus:ꝛ propter hoc factum fuit
inſtrumentum ad dirigendum planetas habentes latitudinem ꝛ illud inſtru
mentum vocatur directorium. Videbatur compoſitori ſeu inuentori illius in
ſtrumenti ꝙ ſignificator habens latitudinem non poſſet dirigi per tabulas
aſcenſionum: vel non ſine magna difficultate. Ego autẽ dico ꝙ inſtrumẽtum
ſum non eſt ſufficiens:niſi ſit maxime quantitatis ita ꝙ poſſit recipere minuta
tale autem vix poteſt fieri. In directionibus enim vt plurimum accipiꝫ ꝑ quo
libet gradus vnus annus.modo ſi in directionibꝰ inſtrumentũ non ſit diuiſuz
niſi per gradus vix inuenietur in eo certitudo vſqz ad annuz:ꝛ hoc ſi inſtrumẽ
tum ſit bene factum ita ꝙ non ſit error indiuidẽdo:hoc autẽ nõ ſufficit. Et ego
dico tibi ꝙ ſignificator habens latitudinem poteſt dirigi ad locũ hñtem latitu
dinem per tabulas aſcenſionum:ꝛ nõvidi modũ expoſitũ in aliquo libro. Mo
dus autẽ eſt iſte cum volueris dirigere ſignificatorem hñtez latitudinẽ ab eclỹ
ptica ad corpus alicuiꝰ planete ẽt hñtis latitudinẽ vel ad radios alicuiꝰ hñtis
latitudinem.quere primo gradũ cũ quo ſignificator mediat celũ ſm doctrinaz
canonum primi mobilis. Deinde quere gradum cum quo mediat celũ locꝰ ad
quem vis dirigere ſm eandem doctrinam:ꝛ acipies gradum cum quo ſigni
ficator mediat celum pro loco ſignificatoris:ꝛ per hunc ſcies diſtantiam ſigni
ficatoris a medio celi vel ab aſcendente per modum prius dictum nec plus
nec minus:ꝛ accipies locum cum quo mediat celum locus ad quem debet di
rigi pro loco ad quem debet dirigi:ꝛ cum iſtis duobus queres ſignificatorem
circuli directi per modum prius dictum.deinde quere gradum cum quo oriꝫ
ſignificator in regione ſua ſm doctrinam canonum primi mobilis:quere etiã
gradum cum quo oriꝫ locus ad quem debes dirigi ſm eodem canones. Dein
de cum gradu cuz quo oritur ſignificator queres medietatem arcus diurni vel
nocturni per modum prius dictum:ꝛ queres ſignificatorẽ regiõis cũ iſtis duo
bus gradibus.ſ.cũ gradu cum quo oriꝫ ſignificator ꝛ cũ gradu cũ quo oriꝫ locꝰ
ad quem debet dirigi in alio nõ differt opus. Dico tibi ẽt ꝛ breuiter oportet ꝙ

i

rere gradū in quo significator mediat celū ⁊ gradū cum quo mediat celum locus ad quē debet dirigi.cū primis duobus oportet querere significatorē circuli directi.cum alijs duobus oportet querere significatorē regionis. Cū gradu cū quo significator mediat celum oportet querere distantiaz a medio celi si fuerit inter mediū celi ⁊ ascendens:cū gradu cum quo oritur significator oportet querere medietatē arcus diurni vel nocturni. Si autē significator fuerit inter ascendens ⁊ angulū terre oportet querere distantiā significatoris ab ascendente cū gradu cum quo oritur significator ⁊ cū eodem medietatem arcus nocturni in omnibus alijs est idem opus cum opere prius dicto. Est etiā vnus alius casus qui pōt cōtingere in directionibus qñ significator ⁊ locus ad quē debēt dirigi hñt latitudinē:aut vnus eorū hz latitudinē. Pōt enim cōtingere q̄ significator dirigēdus ⁊ locus ad quē dz dirigi simul veniāt ad lineā meridianā:ita q̄ ambo mediant celū cū eodē gradu licet non sint in eodē gradu in eclyptica. Si aliquis istorū casuū eueniat:tunc operaberis eodē mō quo dicaz. Si significator ⁊ locus ad quē dz dirigi veniant cū eodē gradu ad mediū celi:quia non sunt alique ascensiones in circulo directo inter eos pones pro significatore circuli directi.o. Postea queres significatorē regionis accipiendo ascensiones in circulo obliquo a loco cū quo oritur significator vsq; ad locū cū quo oritur locus ad quē dz dirigi:⁊ totū illud .s.significatorē regionis multiplicabis p distantiā significatoris ab angulo ⁊ productū diuides p medietatē arcus diurni vel nocturni:⁊ prouenit pars ꝓportionalis quā tenebis pro gradib⁹ directionis. Si aūt significator dirigendus:⁊ locus ad quē dz dirigi oriantur cū vno ⁊ eodē gradu pones pro significatore regionis o.⁊ significatorē circuli directi multiplica p distantiā significatoris ab angulo:⁊ diuide p medietatē arcus diurni vel nocturni:⁊ prouenit pars ꝓportionalis quā tenebis pro gradib⁹ directionis. Ponere de oib⁹ exēpla esset nimis longū:sed intēdo dño cōcedēte in fine istius expositionis ponere equationē vnius natiuitatis.in qua patebit modus inuestigādi ascendentē eligēdi hylech ⁊ alcochoden:⁊ ponaz ibi aliquas protectiones radiorū ⁊ aliquas directiones.sufficiāt hec de opere directionū. Dicit auctor in littera cognitis annis directionis si volueris scire locum istius directionis in zodiaco adde annos directionis super ascensiones circuli directi gradus significatoris si significator fuerit in medio celi vel in angulo terre ⁊ reduces ad gradus equales in circulo directo:⁊ vbi perduxeris te numerus in circulo signorum:ibi est locus directionis:⁊ dicitur locus diuisionis ⁊ dñs termini illius loci dicitur diuisor. Si significator fuerit in ascēdente adde annos directionis super ascensiones regionis gradus significatoris:⁊ reduc ad gradus equales in circulo obliquo:⁊ vbi perduxerit te numerus in circulo signorum ibi est locus diuisionis:⁊ dominus termini illius loci est diuisor. Et istud est idem opus cum opere de protectionibus radiorum:⁊ quando feceris directionem ⁊ feceris istud opus inuenies in fine eundem locum ad quem deueniristi:nisi significator haberet latitudinem.

Qui per hoc algebutar i natiuitatibus.

In hoc capitulo auctor docet dirigere gradū ascendentē in natiuitatibus. Sententia littere est talis, Considera in cuius planete termino sit gradus

ascendens ꝛ considera finem illius termini. Deinde quere ascensiones gradꝰ ascendentis in circulo obliquo per tabulam tue regiõis ꝛ serua eas: quere etiã ascensiones finis illius termini per eandem tabulam a quibus subtrahe ascensiones gra. ascendentis ꝛ gra. qui remanserint sunt gra. directiõis. accipe pro quolibet gradu annum vnum. ꝛ ꝑ quibuslibet quinq; minutis vnũ mẽsez: ꝛ ꝑ quolibet minuto 6. dies ꝛ pro quolibet secundo duas horas ꝛ. 24. minuta horꝛ: ꝛ planeta qui est dñs termini est dispositor annorũ siue diuisor. Postea cõsidera finẽ termini immediate sequentis ꝛ subtrahe ascẽsiones finis termini precedentis ab ascensionibus finis termini illius: ꝛ remanebunt gradus directionis accipe sicut primus pro quolibet gra. annum vnum ꝛ cetera. ꝛ dñs illius termini est dispositor siue diuisor ꝛ isto modo facies ad finem cuiuslibet signi ꝑm ordinem signorum vsq; ad finem vite. Et si fuerit in aliquo termino aliquis planeta vel radij alicuius planete illa planeta erit particeps in diuisione. Exẽplũ in hoc pono ꝙ ascẽdens alicuius natiuitatis fuit quartꝰ gradus virginis cõpletus ad dirigẽdum gradũ istũ ꝓsidera ꝑmo in cuius planete termino est iste gradus. ꝛ patet ꝑmo ꝙ in termino mercurij ꝛ durat terminꝰ vsq; ad finẽ 7. gradus virginis. quesiui ascẽsiones gradꝰ ascẽdentis in orizonte obliquo in regione cuius latitudo est. 48. gradus ꝛ inueni 144. gradus. 27. minuta. que fiui et ascẽsiones finis termini. s. finis. 7. gradus virginis ꝛ inueni. 148. gradꝰ 33. minuta. subtraxi ascẽsiones gradꝰ ascẽdentis ab ascensionibꝰ finis termini ꝛ remãserunt. 4. gradus. 6. minuta. dedi cuilibet gradui annũ ꝛ quibuslibet. s. minutis vnum mensez ꝛ cuilibet minuto. 6. dies: ꝛ fuerũt quattuor ãni idem mẽsis. 26. dies. ꝛ mercurius dominus termini fuit dispositor istorum annorum. Deinde consideraui terminum immediate sequentem qui est veneris ꝛ durat vsq; ad finem. 17. gradus virginis. quesiui ascensiones finis termini illius sculi cet veneris ꝛ inueni. 162. gradus. 15. minuta. a quibus subtraxi ascensiones finis termini precedentis mercurij: ꝛ remanserunt. 13 gradꝰ. 44. minuta. qui fecerunt. 13. annos. 8. mẽses. 12. dies. ꝛ venus disposuit hos ãnos. in fine istius termini fuit etas nati. 17. anni. 9. menses. 18. dies. Deinde sequitur terminus Jouis qui durat vsq; ad. 21. gradum virginis cõpletũ. quesiui ascẽsiones eius ꝛ inueni. 167. gradus. 93. minuta. a quibus subtraxi ascensiones finis termini precedentis: ꝛ remanserunt quinq; gradꝰ. 28. minuta que fuerũt quinq; ãnos. qnq; menses. 18 dies: ꝛ Jupiter fuit dispositor istoꝝ annorum. Factaq; est etas nati in fine istorũ annoꝝ. 23. ãni. tres mẽses. sex dies. Deinde segtur terminꝰ martis ꝛ faciendum est: vt prius: ꝛ ꝑm istum ordinem est directio cõtinuanda vsq; ad finem vite: ꝛ quotiens directio peruenit ad corpus vel radios infortune vel nato infirmitas vel impedimentum in corpore suo scõm naturam illius infortune nisi fortune aspexerint ipsum locum. tunc enim minuent malum.

Ex hoc duodenaria planetarum ꝛ domorum.

In hoc capitulo auctor docet inuenire dominus duodenarie. Intelligenduꝫ est ad euidentiaꝫ istius capituli ꝙ quodlibet signum intelligitur diuidi in duodecim partes: ꝛ quelibet pars est de duobus gradibus ꝛ. 30. minutis. Dyspalensis ponit. hoc capitulum: ꝛ duo capitula sequentia inter dignitates planetarum: ꝛ dominus ꝑme duodenarie est dominus illius signi. Dñs

secunde duodenarie est planeta succedens descendendo z sic secundum ordinem. Verbi gratia: dominus prime duodenarie arietis est mars. secunde sol. tertie venus. quarte mercurius. quinte luna. sexte saturnus. septime Jupiter. octaue iterum mars: z sic secundum ordinem. Sententia auctoris est talis. Cū volueris scire duodenarias planetarum vel domorum vide quātum transiuit planeta de signo in quo est aut de domo in qua est z numemrum illorum. graduz multiplica per duodecim: z super numerum productum adde numeruz graduuz quos multiplicasti. z quod collectum fuerit proijce ab initio signi in quo est planeta dando vnicuiqz signo. 30. z vbi finitus fuerit numerus ibi erit duodenaria.

Et per hoc anaubarach. Hic docet inuenire dominū nouenarie. Sentētia enim est talis. Cum volueris scire nouenariam siue dominum nouenarie alicuius planete: vide quod gradus pertransiuit planeta de signo in quo est: vel de domino in qua est. z diuide totum illud signum in. 9. diuisiones. z erit quilibet diuisio ex tribus gradibus. 20. minutis. Deinde vide in qua parte illius diuisionis sit planeta. z dabis primam diuisionem domino signi mobilis eiusdem triplicitatis. z secundam diuisionem domino signi sequentis: z sic eundo secundum ordinem signorum quousqz venias ad illam nouenariam in qua est planeta cuius queris dñum nouenarie. Verbi gratia: pono quod sol in. 24. gra. aquarij. ad sciendum dominū nouenarie gradus solis dedi primo tres gradus aq̄rij z. 20. minuta domino signi mobilis eiusdem triplicitatis. est autem aquarius de triplicitate aerea. Signum mobile illius triplicitatis est libra: dominus eius est venus. est ergo venus domina prime nouarie aquarij. s. primo z trium graduz z. 20. minuto z. Deinde dedi scdam nouenariā marti dño signi sequētis. s. scorpionis z completi tunc fuerunt a p̄ncipio aq̄rij. 6. gradus. 40. minuta. Deinde tertiaz nouenariā dedi Joui. s. dño sagittarij qui succedit scorpioni z complecti fuerunt tunc a principio aquarij. 10. gradus. Dedi quartam nouenariam saturno domino capricorni qui succedit sagittario: z completi fuerunt a principio signi. 13. gra. z. 20. minuta. Dedi quintam nouenariam saturno domino aquarij: z completi fuerunt. 16. gradus z. 40. minuta. Dedi sextam nouenariam loqui domino piscium z cōpleti fuerunt a principio signi aquarij. 20. gradus. Dedi septimam nouenariam marti domino arietis: z cumpleti fuerūt a principio signi. 23. gradus: z. 20. minuta. Dedi octauam nouenariam veniri dño tauri. illa ergo est diuisio nouenarie solis i casu p̄posito: z completi fuerunt tunc gradus. 26. z minuta. 40. aquarij. Quando ergo inuenies in libris iudiciorum de domino anaubarach luminarium si fuerit in die intelligitur de domino nouenarie solis. si in nocte de domino nouenarie gradus lune. Alia que auctor dicit patet legendo litteram.

Et per hoc adoringen. Hic docet inuenire decanum. Sentētia eius est talis. Diuide signum ascēdens in tres partes: z quelibet diuisio erit ex decem gradibus. dabisqz primaz diuisionem domino ascendentis. secundam domino secundi signi: z tertiam domino tertij signi. Vult dicere q̄ prima diuisio est domini eiusdem signi qō ascendit. Et secunda diuisio est domini signi sequentis eiusdem triplicitatis.

tertia diuisio est domini tertij signi illius triplicitatis. ita q tres decani sunt domini trium signorum vnius triplicitatis. Auctor ponit exemplum tale in littera. Posito q prima facies arietis sit ascendens eius decanus est mars. Si secunda facies est ascendens eius decanus est sol dominus leonis secundi signi eiusdem triplicitatis: z si tertia facies sit ascendens eius decanus est iupiter dominus sagittarij quod est tertium signum illius triplicitatis. Et si prima facies leonis sit ascendens eius decanus est sol dominus eiusdem signi. Si secunda facies sit ascendens eius decanus est iupiter dominus signi quod succedit leoni in eadez triplicitate. Si tertia facies sit ascendens eius decanus est mars dominus tertij signi a leone in eadem triplicitate: scilicet arietis. z secunduz hunc modum intellige de alijs triplicitatibus.

Qui ter hoc dominus orbis. In hoc capitulo ponit ordinem in dño horarum in natiuitatibus. Sntia littere est talis. Aspice in qua hora natus egreditur vterum z dñm illius hore: da primo anno natiuitatis z per illum significatur esse nati in eodem anno quãtum ad sanitates vel infirmitates corporis nati sicut per dñm ascendentis. Et da bis dñm hore sequentis secundo anno. z per eum significatur esse substantie in eodem anno sicut per dñz domus substantie. Da bis dñm tertie hore tertio anno ab hora natiuitatis. z per eum significatur esse fratruz in illo anno sicut per dñm tertie domus. z isto modo facies de alijs dominis horarum eundo secunduz ordinem horarum z domorum vsqz ad finem vite. z planum est in littera quod dicit. Exempluz in hoc ponatur q quidam natus fuit in die solis hora quarta que hora quarta est hora lune. erit luna domina primi anni. z ab ea accipitur esse corporis. Hora sequens est saturni. erit ergo saturnus dominus secundi anni. z ab eo accipitur esse substantie in illo anno. z sic per ordinem.

Et ter hoc dispositio datie. In hoc capitulo auctor docet ordinare annos fridarie z gubernationis planetarũ in natiuitatib9. Sntia lre talis est si natiuitatis fuerit in die incipit fridaria a sole z gubernat ipsuz natũ sol ꝑm quãtitatẽ annoruz sue fridarie qui sunt decẽ. Post solẽ gubernat ipm ven9 ꝑz quãtitatẽ annoz fridarie eius qui sunt octo. Post venerẽ gubernat mercurius p. 13. annos. deinde luna p nouẽ annos. deinde saturnus per. 11. deinde iupiter per. 12. annos. deinde mars per. 7. annos. deinde caput draconis per tres annos. deinde cauda draconis per duos annos. deinde reuertit dispositio ad solẽ z vadit p ordinez planetarũ sicut prius: numerus aũt oiuz annorũ est. 75. z qui transit hunc numerozũ annorũ reuertitur ad dispõnẽ primã ꝑm q possibile est. Si aũt natiuitas est in nocte incipit fridaria a luna z disposuit luna annos suos. deinde saturnus. deinde iupiter. deinde mars. deinde sol. deinde venus: postea mercurius. deinde reuertitur ad lunã z vadit ꝑm ordinem planetarũ sicut prius. Et qñ aliquis planeta disponit annos sue fridarie disponit ipse septimã partez illoruz annorum solus. In secunda aũt septima participat ei planeta frequens qui ei succedit. In tertia aũt participat ei planeta tertius. In quarta quartus. Et in quinta quintus. z sic vsqz ad septem septimas z septez planetas. Verbi gratia: pono q natus fuit quis in die: incipit ergo fridaria a sole z gubernat ipsum sol secun-

dum q̃ſtitatem annoꝝ fridarie ſue qui ſunt.10.anni.ꝛ gubernauit ipſe ſol ſo lus ſeptimam partem iſtoꝝ decem annoꝝ.ſ.per vnum annuꝫ ſolarẽ ꝛ.156 dies ꝛ.12.horas. Hec eſt enim ſeptima pars decẽ annoꝝ. In ſcda ſeptima par te horum decem annoꝝ habuit venus ptcipationem cum ſole in fridarie ꝛ i ſpoſitione per vnum annum ꝛ.156.dies.ꝛ.12.horas.ꝛ tranſierunt tũc nato duo anni.313. dies completi.deinde habuit participationẽ cuꝫ ſole in diſpoſitione fridarie mercurius per vnum annum.ꝛ.156.dies.ꝛ.12.horas ꝛ in fine huius di uiſiõis trãſierũt nato q̃tuoꝝ anni ſolares.104.dies.6. hore.deinde habuit par ticipationem cum ſole luna per eandẽ ſeptimã.10.ãnoꝝ.ꝛ in fine hui⁹ diuiſio nis trãſierunt nato.5.anni.260.dies.18. hore.deinde habuit participationẽ cũ ſole ſaturnus per ſeptimã partem.10.ãnoꝝ.ꝛ in fine huius diuiſionis tranſie runt nato ſeptem anni.52. dies completi.deinde habuit participationem cum ſole iupiter in diſpoſitione fridarie per eandem ſeptimam . ꝛ in fine huius di uiſionis tranſierunt nato.8.anni ſolares.208.dies.12.hore. deinde habuit par ticipationem cum ſole in diſpoſitione fridarie mars in vltima ſeptima pte de cem annoꝝ.ꝛ in fine huius diuiſionis tranſierunt nato.10. anni completi. ſm hunc modum eſt faciendum in fridariꝫ omniũ planetarum. Caput autem draconis ꝛ caudam quilibet eoꝝ diſponit per ſe ãnos fridarie ſue ſiue parti cipationem planetarum. Narrare autem euentus contingentes nato in quali bet harum diuiſionũ eſſet nimis longũ. Haly autẽ abenragel in ſuo libro ma gno complete poſuit omnes diuiſiones ꝛ iudicia cuiuſlibet diuiſiõis.ideo qui volunt hec iudicia legant librum illum.

planeta eleuata fra

Ter hoc almanar.

In hoc capitulo docet quis pla netarum ſit eleuatus ſuper alterũ. Intentio ſua eſt q̃ planeta qui fuit altior in circulo ſuo breui.ſcilicet in epicyclo dicitur eleuatus ſuper alterum eleuatione de qua hic loquitur.ꝛ hoc eſt quod dicit Ptolemeus in.63.propoſitione centiloquij. Dicit enim opꝫ aſpicere in coniunctione. Saturni ꝛ iouis in eodem minuto ad eleuationem vnius ſuper alterum ꝛ iudicia cum fortitudine nature eius in hoc mundo. Et ſimiliter fac in.21.coniunctiõibus reſiduis. Haly ibidẽ dicit in cõmento eleua tio planete ſuper planetam eſt vt ſit remotio eius ab auge ſui circuli breuis.ꝛ ille dicitur eleuatus ſuper alterum. Auctor autem in littera iubet aſpicere me dium locum planete ꝛ verum locum planete.ꝛ ſi verus locus planete fuerit mi nor medio motu planeta eſt deſcendens a ſuperiori parte epicycli verſus infe riorem partem. Si vero verus locus planete maior medio motu fuerit plane ta eſt aſcendens ab inferiori parte epicycli verſus ſuperiorem partẽ.ꝛ vt breui ter dicak ſi argumentũ equatuꝫ planete fuerit minus ſex ſignis cõmunibus eſt deſcendens.ꝛ ſi plus eſt aſcendens.deinde iubet auctor ſubtrahere mediũ mo tum planete de vero motu eiuſdem ſi medius motus fuerit minor vero: vel eco̅ tra ſi fuerit maior ita videlicet.q̃ minor ſubtrahatur a maiori ꝛ reſiduuꝫ iubet multiplicare per ſeptem.ꝛ numerum prouenientem iubet diuidere per.22.ꝛ numerum quotientem iubet tenere pro eleuatione quãdo aſcendit vel pro de preſſione quando deſcendit. De venere ꝛ mercurio iubet reſpicere differenti am inter locum cuiuſlibet eoꝝ ꝛ locuꝫ ſolis ꝛ iubet facere ſicut in aliꝫ. Hic modus prius dictus ſcm̃ ſentẽtiam Ptolemei videtur mihi melior ꝛ certior.deinde

dicit auctor q̄ fortior significatio planetarum est cum vnus eorum fuerit eleuatus super alterum in coniunctione. In oppositione autem ꝛ in quarto aspectu erit significatio minus apparens. ꝛ si vnus planeta fuerit ascendens ꝛ alter descendens. ille qui fuerit ascendens vadit supra descendentem. ꝛ si vterq; fuerit ascendens ille vadit super alium: qui fuerit maioris ascensionis. ꝛ si vterq; fuerit descendens: ille vadit super alium. qui fuerit minoris descensionis. Dicitur etiam alio modo planeta eleuari super planetam q̄tum ad altitudinem q̄ septentrionalis vadit super meridianum. Et si fuerit ambo septentrionales ille qui fuerit plus septentrionalis vadit super illum qui fuerit minus septētrionalis. Si vero fuerit ambo medionales ille qui fuerit minores latitudinis vadit super illum qui fuerit maioris latitudinis. Si fuerit aliquis planetarum in eclyptica carens latitudine tunc planeta septentrionalis vadit super eum ꝛ ipse carens latitudine vadit super meridianum.

After hoc apertio portarum. Dicit q̄ apertio portarū dicitur quando inferior iungitur superiori ꝛ cum hoc fuerit eorum domus opposite. Verbi gratia. quando luna coniungitur cum saturno vel eum aspicit tunc est apertio portarum. Similiter quando sol coniungitur saturno. domus enim solis ꝛ lune sunt oppositе domibus saturni. Similiter fit apertio portarum quādo mercurius coniungit̄ Ioui. q̄ ambe domus vtriusq; sunt oppositе. Similiter quādo iungitur venus marti fit apertio portarū q̄ eorum domus sunt oppositе. Dicit hyspalensis q̄ venus significat humiditatem. Mercurius significat ventos. saturnus nebulas ꝛ frigus. mars ventos a dextro. i. a meridie ꝛ calorem. iupiter temperiem ꝛ ventos a sinistro. i. a septentrione. Dicit idem hyspalensis q̄ luna separatur a coniunctione alicuius planete vel ab eius aspectu ꝛ iungitur alteri planete ꝛ sint illorum planetarū domus oppositе. hoc est apertio magnarum valuarum in qua necesse est venire ventos vel pluuias vt est ex natura illorum planetarum. verbi gratia: luna q̄n separādo a venere cōiungitur marti aut separando a mercurio cōiungitur Ioui: aut separando a sole coniungitur saturno. hoc est apertio magnarum valuarum.

Et hoc albutem. Hic loquitur de horis fortunatis ꝛ infortunatis. dicit q̄ inuenerāt. 12. horas post coniunctionem solis ꝛ lune ꝛ dant eas soli: ꝛ diuidunt eas in tres partes ꝛ iudicant sup p̄mas q̄ttuor horas p̄m iudiciū p̄mi dñi triplicitatis loci solis. ꝛ iudicant sup q̄ttuor scḋas p̄m iudiciū scḋi dñi triplicitatis loci solis. ꝛ sup q̄ttuor vltimas p̄m iudiciuz tertij dñi triplicitatis loci solis hora iunctionis. Postea dant veneri. 12. horas sequētes ꝛ diuidūt eas silr in tres ptes ꝛ iudicāt sup q̄slibet q̄ttuor p̄m iudiciū dñoz triplicitatis loci veneris hora iunctionis. Postea faciunt silr cuz mercurio ꝛ luna ꝛ cū ceteris planetis p̄m ordinē planetarū donec reuertatur orbis ad solem post. 84. horas. ꝛ tunc recipiūt a sole p̄m eundē ordinē. ꝛ hoc continuāt vsq; ad iunctionē scḋam. Et gdaz dicunt q̄ post coniunctionē sunt 12. hore que vocant cōbuste in quibus nō est bonum incipere aliquod opus. ꝛ post has. 12. combustas sunt. 72. hore incōbuste in quibus vtilis est inceptio operum: ꝛ post has. 72. incombustas iterum sunt duodecim combuste. ꝛ iterum post illas. 72. incombuste ꝛ post eas. 12. combuste ꝛ sic vs/

q̄ ad coniunctionem sequentem. Et vt breuiter dicatur omnes .12. hore que dantur soli p̄m ordinem planetarū sunt combuste ⁊ .72. que sunt aliorū planetarum sunt incōbuste. Deinde dicit auctor ⁊ diuidunt has .12. horas cōbustas in tres diuisiones ⁊ quelibet diuisio erit ex quattuor horis. Et dicunt quidā q̄ qui inceperit bellum in quattuor primis horis cōbustis timenda est perditio anime sue. Auctor nō intelligit perditionē aie post vitā istaz ita q̄ post separationez aie a corpore rapiant eā diaboli ⁊ deducant ad inferos. Sed intelligit anime p̄ditionē idest amissionē vite p̄sentis ⁊ hoc mō intelligitur in oībus locis iudiciorū astronomie. De ista enim perditione pertinet ad eos loqui. De prima autē perditione pertinet theologis. Et qui inceperit bellū in scōis quattuor horis timendū est detrimentū sui corporis. ⁊ absq̄ perditione vite ⁊ qui inceperit bellū in vltimis quattuor timenda est perditio oiuz que possidet ⁊ timetur perditio illorū que pertinent ad ipsum ⁊ sic completa expō quarte differentie alchabicij introductorij ad magisterium iudiciorum astrorum.

Differentia quinta in commemoratione vniuersarum partium.

Ista est quinta differentia istius libri in qua auctor docet p̄iectionem partium ⁊ potest diuidi in duas partes quoniam in prima parte ponit partes que cadunt in natiuitatibus. Et in secunda parte ponit partes que cadunt in reuolutionibus annorū mundi. Secunda pars incipit ibi: ⁊ quia auxiliante deo. Prima pars diuiditur in duas partes: qm̄ in prima parte dat modū p̄iectionis partiū in generali ⁊ exemplificat de parte fortune. In secunda parte ponit in speciali partes .12. domoz. Secūda pars incipit ibi. incipiamus itaq̄ post partē fortune. Dnia prime partis est talis. Modus in p̄iectionibus partiū est q̄ accipiuntur gradus equales qui sunt inter vnū locū ⁊ aliū ⁊ numerus ille p̄icitur ab ascendete vel alio loco. vel adduntur super gradus equales qui fuerunt iter ambo loca gradus qui sunt ab initio signi ascendentis ⁊ productū cōputatur ab initio signi ascendentis dando cuilibet signo .30. gradus. ⁊ vbi finitus fuerit numerus ibi est pars fortune. Verbi gratia: pono q̄ sit sol in fine sexti gradus piscium ⁊ luna sit in fine .14. gradus geminorum ⁊ gradus ascendentis sit .10. gradus arietis. subtraham verū locū solis a vero loco lune ⁊ remanent .98. gradus super quos addam .10. gradus qui sunt a principio arietis vsq̄ ad gradū ascendentē ⁊ p̄ueniunt .108. gradus inciptam p̄icere ab initio arietis dando cuilibet signo .30. gradus: ⁊ terminatur numerus iste in .28. gradu cancri. ibi ergo est pars fortune in exemplo p̄posito.

Incipiamus itaque. In hac parte ponit p̄iectionis partium secundum ordinem .12. domorum ponendo in qualibet domo partes ad illam pertinentes. Et potest diuidi in tot partes quot sunt domus vbi partes incipiunt patet in littera. Primo ponit partes p̄me domus ⁊ sunt sex. Prima est pars vite. Secūda est pars hylech. Tertia est pars futurorum siue pars diuinationis. Quarta est pars dilectionis ⁊ concordie. Quinta est pars stabilitatis ⁊ durationis. Sexta est pars animositatis ⁊ audacie. Dicit ii. littera cum volueris scire partem vite accipe gradus

qui sunt a Joue vsq; ad saturnum in die z in nocte gradus qui sunt a saturno vsq; ad Jouē z proijce ab ascendente. Albumazar dicit in suo introductorio magno q; hec pars significat vitam naturalem z esse corporis ac victus que si fuerit boni esse significat prolixitatem vite z sanitatem corpori z gaudium animē. Si vero fuerit impedita significat paucitatez vite z multitudinem infirmitatum animiq; merorem ac tristitiam. Deinde dicit auctor pars hylech accipitur a gradu cōiunctiōis que precessit natiuitatē si natiuitas fuerit cōiunctionalis. vel a gradu ꝓuentionis. i. oppositiōis si natiuitas fuerit preuentiōalis vsq; ad gradum lune z proijcitur ab ascendente natiuitatis vbi finit⁹ fuerit numer⁹ ibi est pars hylech. albumazar dicit qō hec pars dirigit quēadmodū dirigitur hylech per gradus z ducit ei⁹ ꝓfectio per signa quēadmodu fit de hylech. cū q; puenerit eius directio vel ꝓfectio ad malos significat impedimētū z periculum. Et erant multi sapientū astrologorū cū inuenirent homine patiente pericula maxima in quibusdaz tēporib⁹ z nō inuenirent in eodē tēpore suū hylech peruenisse ad loca malorū. nec inuenirēt idē impedimēto patētem significationem in reuolutione eiusdem anni nesciebāt causaz huius rei. Et ideo latebat eos hoc; non dirigebāt hanc ptem z si direxissent eā inuenissent hoc maluz accidere in eodē tempore quo peruenisset hec pars ad loca quedā significātia ipsum periculum. Pars futurorum accipit in die a luna vsq; ad solē: z in nocte ecōtra z pijcit ab ascēdēte z ꝓprietates istī⁹ partis scōm Albumazar est significare animā z corpus z esse eor.z significat fidem z ꝓphetiam z regionē z dei cultum z secreta z cogitationes atq; intentiones z res occultas z celatas: z omne quod absens est ex rebus per hunc modum applicabis iudicia in alijs z a quo loco in quez accipiatur quelibet z a quo loco proijciatur patet in littera.

Secunda domus.

Hic ponit partes secunde domus z sunt tres. Prima est pars substātie. Secunda est pars paupertatis z paruitatis ingenij. Tertia est pars beatitudinis triumphi z victorie. Albumazar dicit q; pars substātie significat profectum z victum ac cibum quibus substentantur corpora que si fuerit i bono loco significat bonum esse in substantia cibo z victu. Et si fuerit impedita significat malum esse in his que diximus. Ceteras autē species fortune apparentes ex substantia scilicet que thesaurizatur z seruatur ac acquiritur significāt ceteri significatores substantie z pars fortune.

Tertia domus.

Hic ponit partes tertie dom⁹ z sunt due. Prima est pars fratrū. Secunda est pars benuolentie fratrum. Dicit Albumazar quod pars fratrum z dominus eius. idest dominus signi in quo ceciderit significant esse fratrū z cōcordiam eorum atq; dilectionem peregrinationemq; eorum z absentiam. Post hec aspice si hec pars z dominus eius ceciderint in signis multorum filiorum multiplicabuntur fratres. z si ceciderint in signis paucorum filiorum erunt pauci. Et si volueris scire numerum eorum accipe numerum signorum que fuerunt inter partem z dñm domus in qua ceciderit aut quot fuerint inter ipsum dñm z partem z pone vnicuiq; signo vnum. Et si fuerit inter eos signum cōe duplica numerum eiusdem signi. Et si fuerit inter ipsam partem z dñum domus in qua ceciderit aliquis planeta accipere et etiā ynum. Albumazar etiā ponit par

tem vnam in hac domo que vocatur pars mortis fratrum: z dicit qđ accipitur in die a sole in gradum medij celi z in nocte econtra. z augentur de super gradus ascendentis z proijcitur ab ascendente. z quotienscunq; peruenerit hec pars ꝑm directionem ad significatores fratrum z sororuz dando vnicuiq; gradui vnū annum aut per profectionē dando cuilibet signo annū eueniet fratribus z sororibus aliquid horribile. aut aliquis eorum morietur.

Quarta domus. Hic ponit partes quarte domus z sunt sex. Prima est pars patrum. Secunda est pars mortis patris. Tertia est pars annorum. Quarta est pars hereditatum z possessionum. Quinta est pars nobilitatis nati vtrum sit filius illius cui imponitur vel non. Sexta est pars finis rerum. Albumazar dicit quod pars patris significat esse patris z eius nobilitatis atq; generis. z si hec pars fuerit boni esse pater erit nobilis. Et si dñs domus huius partis fuerit boni esse pater erit fortunatus. Si vero fuerit mali esset erit laboriosus. A secunda parte huius domus que est pars mortis patris accipitur causa mortis: z quotienscunq; profectio anni peruenerit ad hanc partem vel ad dominum eius significat periculum patri. z similiter cum peruenerit aliquis eorum ad significatores patris.

Quinta domus. Hic ponit partes quinte domus z sunt septem. Prima est pars filiorū. Secunda est pars tēporis in quo debent haberi filij. Tertia est pars propter quā scitur masculinitas vel femininitas. Quarta est pars per quā scitur de nato de quo fit interrogatio virū sit masculus vel femina. Quinta est pars ad quā cū peruenerit iupiter est significatio filij. Sexta est pars dilectionis filiorum. Septima est pars scientie filiorum. Dicit Albumazar si pars filiorum ceciderit in signo multorum filiorum habebit multos filios. Si vero ceciderit in signo sterili non habebit aliqué filium Si vero ceciderit in signo paucorum filiorū habebit paucos filios. Et si hec pars significauerit filios z fuerit fortunata filij viuent: z si infortunata morientur.

Sexta domus. Hic ponit partes sexte domus z sunt due. Prima est pars azemena idest debilitatis inseparabilis alicuius mēbri Scōa est pars seruorū. Si pars azemena fuerit cōiuncta cū fortunis erit natus sanus in mēbris suis. Si vero fuerit cōiuncta in fortunis habebit morbos inseparabiles in membris. z loca in quibus erunt he egritudines sciuntur a locis infortunarum significantium eas.

Septima domus. Hic ponit partes septime domus z sunt quattuor. Prima est pars desponsationis virorum. Secunda est pars desponsationis mulierum. z hec accipitur duobus modis. Tertia est delectationis z voluptatis. Quarta est pars nuptiarum. Qñ pars desponsationis peruenerit per directionē ad Jouē vel venerem est significatio desponsationis. Et ego inueni in vna natiuitate tempus desponsationis qñ dñs partis desponsationis peruenit ad ipsam partem per directionem dando cuilibet gradui annum vnum.

Octaua domus. Hic ponit partes octaue domus z sunt quattuor. Prima est pars mortis. Scōa

est pars plãete qui interficit. Tertia est pars ãni i quo veniet nato mors aut pas pertas ẽ. quarta est pars cõtentionis ꝛ litigationis. Dicit Albumazar si pars mortis fuerit impedita ꝛ dñs eius ꝛ nõ aspexerint eos fortune interficiet natus morte turpissima. Si vero aspexerit fortune erit ecõtrario. Si luna sol aspexerit partẽ planete interficiẽtis ꝛ ipsa luna fuerit in signo membroꝝ abscisoꝝ natus interficiet patiẽdo. Et si luna fuerit impedita abscidet et aliqd de membris. Qñ pars anni in quo timet nato mors dñs eius cum dño ascendentis fuerint impediti erit natus multarum infirmitatũ ꝛ afflictionis in corpore atq; substantia ꝛ multotiens appropinquabit perditioni corporis ꝛ amissione substãtie. ꝛ quotiensc̃uq; profectio anni peruenerit ad hanc partem: aut peruenerit hec pars per profectionem aut directionem ad ascendens aut ad dominũ eius inueniet natus pericula in corpore ꝛ infirmitatibus ꝛ inueniet angustiam ꝛ horribile in substantia. timebit quoq; mortem ex diuersis partibus.

NOna domus. Hic ponit partes none dom9 ꝛ sunt due. Prima est pars peregrinationis. Scda est pars itineris in aqua. Ab istis accipiuntur peregrinationes nati ꝛ itinera per aquas. Albumazar dicit. Si pars itineris in aqua ceciderit in signo aq̃tico faciet natus multa itinera p aquas ꝛ si ibi fuerit fortunata habebit in suis itinerib9 profectũ ac lucrum. ꝛ si fuerit infortunata significat cõtrariũ.

DEcima domus. Hic ponit partes decime domus ꝛ sunt .5. Prima est pars regionis atq; regni. Secunda est pars regis atq; regni. Tertia est pars principatum operis regni. Quarta est pars significans virum sit causa regni vel non. Quinta est pars matrum.

UNdecima domus. Hic ponit partes vndecime domus ꝛ sunt due. Prima est pars amicorum. secunda est pars significans p̃fectum ꝛ effectum ꝛ amiciciam amicorum.

DUodecima domus. Hic ponit vnam solam partem in hac domo, que est pars inimicorum. Et hec sunt partes alie quibus vtuntur magistri iudiciorum. Hic ponit quasdam alias partes que non sunt in aliqua domorum ꝛ sunt sex. Prima est pars mendaciꝝ rumorũ. secunda est pars rationis ꝛ pfundationis sensus. Tertia est pars sapientie ꝛ discipline. Quarta est pars guerre ꝛ preliorum. Quinta est pars pacis. Sexta est pars aspiciendi in reuolutionis annoꝝ. ꝛ omnes iste proiciuntur ab ascendente.

